1 *in † quo nō erat expressus aliquis ualor subsisteret & uidebatur q, non, quia licet de iure cōmuni expressio ualoris non sit necessaria ut dicit glo. in cle. j. de præbē. tamen regula cancell. disponit non ualere prouisiones apostolicas de beneficij, nisi in eis exprimatur uerus ualor secundum cōmunem æstimationē & fuit responsum q, si in prima gratia expressus erat ualor & ad illum habetur recursus q, hoc sufficit, & q, ita semper fuerat iudicatum. Quod procedit si uere in prima fuit expressus ualor sicut regula requirit aliàs ex se ipsa non subsisteret gratia regressus nec per relationem aut recursum ad aliam quæ esset inualida.*

XIX. *Decis.* SVMMARIVM.

Eadem regula non obstat si in impetratione exprimatur valor secundū taxā cancellariæ apostolicæ, quāuis re ipsa sit maioris valoris beneficium impetratū. Vel sic, Valor qui exprimitur in prouisione secūdum taxam in libris cameræ ex-

cusat

cusat à pœna regulæ volē. quod exprimatur secundum communem æstimationem.

EPITOME.

1 Valor beneficiorū si exprimatur in gratia secundū q in libris cameræ taxati reperiūt regulæ de exprimēdo valore satisfactū esse videt.
2 Matrimonium cōtrahendū impeditur ad dictū vnius grauis personæ.
3 Testes deponentes super valore debent reddere causam sui dicti etiā irrequisiti quia difficile est scire uerum valorem.
4 Causa bestialis excusat à dolo.
5 Beneficium licet sit minoris valoris quā sit in taxa, tamen necesse est soluere secundum taxam.
6 Annata soluitur de bñficio taxato scd'm q in libris cameræ reperit.
7 Taxa secundum taxationem decimarum quando attendi debeat?

DECISIO XIX.

Item uoluerunt domini q si in prouisione beneficij ualor iuxta taxam quæ in libris cameræ reperitur exprimitur sit
1 *satisfactū regulæ uolenti q fiat expreßio secundū † cōmunē æstimationē quāuis pro ueritate de maiori ualore constet & ita in una causa domi. Barto. de Petrasancta fuit obtentum 1510. de mense Ianuarij sed do. Mercurius de Vipera dicebat hoc procedere ante tempus regulæ, sed ex quo regula requirit quod fiat secūdū cōmunē non secundū taxā non uidebatur satisfieri, allegabat Fely. in c. ad aures de rescript. in prima cōclusione pro qua oppositione facit quia à uerbis regulæ non est recedendū l. non aliter. ff. de lega. iij. taxa nō probat necessariò uerum ualorē inspecta communi æstimatione & consequenter de uno non infertur ad aliū l. non hoc. C. unde legiti. c. in præsentia eo. tit. & l. Pap. exuli. ff. de mino. & tamē impetrās neceßitatur à regula ad cōmunē æstimationem, nihilominus ut dicebā sine culpa est & obediēs qui sequitur descriptionē cancellariæ & sic puniri non debet c. cognoscentes de cōsti. & sicut excusatur à dolo qui credidit uni bono uiro cui erat credendū l. Titio. iunc. gl. ff. de condit. & demonst. & ad*

unius

unius grauis personæ dictum impeditur † matrimonium cõtrahẽdũ c.cũ in tua despon.& matri.& accusator qui habet unum testẽ de ueritate excusatur à calũnia ut dicit Bal.in l.iij. de calũniato.C.& plura ad id cumulat Fely.in ca.super his de accusa.pẽ.& ulti.col.ita excusandus est qui descriptioni Pa-
3 pæ acquieuit præcipuè quia ualde † difficile est ualorẽ uerum beneficiorum seu fructuũ scire cum nec testes desuper deponentes probent,nisi etiã non interrogati reddunt causam sciẽtiæ ex quo istud scire pcipitur sensu corporeo ut traditur per Inno.in c.cum causam de test.& Bal.in l.solã.C.eo.& Paul. de Cast.in l.proprietatis.C.de proba.satis itaq; iustã habuit causam quæ præstet immunitatẽ à pœna quãdo etiam bestialis
4 excusat † à dolo l.igitur.§.potest.ff.de libe.cau.& Ange.in l. plagij.C.ad l.fla.de plagi.ubi distinguit quomodo hoc procedat.Itẽ consuetudo etiã nõ bona excusat ut not.in c.cum ue-
5 nerabilis de consue.prætereà † qui soluit secũdum taxã cameræ non releuatur etiam si probet de minori ualore,nisi fiat ei gratia uel relaxatio sicut non cogitur plus soluere pro annata
6 quã † sit in taxa quia de pluri camera nõ inquirit si in his taxatio inspicitur uidetur regula interpretata eo modo quando fit expreßio.s.ut fiat uel fieri posset iuxta taxã ex quo si in minori expreßisset omnino cogeretur satisfacere prout in taxa ut regula quoad taxata nõ sustulerit taxã quia q; non mutatur & c.l.sancimus de testã.& l.præcipimus in fi.C.de appell. & ne inducatur correctio l.unica.C.de inoffi.doti.& c.cũ expediat de elec.in vj.& quia taxa cameræ est in uiridi obseruãtia, ad dictũ Fel.in d.c.ad aures dicas q; nõ negat quin fieri posset ad euitãdũ pœnã iuxta taxã in taxatis & si negaret obstarẽt prædicta.Itẽ idẽ Fely.sup cõclusiones.xvj.in qua dicit q; debet attẽdi communis æstimatio præsentis ualoris nõ antiq.quam

 ponit

ponit in d.c.ad aures ult.col.& subijcit limitationem ad propositũ nisi beneficiũ olim fuisset taxatũ quia taxa semper durat quãuis secundũ eũ forte non operaretur quãdo esset taxatio per uiã decimæ & bene tẽperatè loquitur per uerbũ forte ut not.glo.in l.si duo de arbit.& Bar.in l.si societatẽ.§.arbitrorũ v.col.pro soc.ff.ibi & ideo sub dubio forte dico cum etiã tentari poßit ꝙ sufficiat expreßio secundũ taxã decimæ si
7 extat † & si nõ eßet facta ꝙ fiat secundũ quod cõmuniter pro decima dari consueuit si in cu.Papæ uel in partibus ubi est situm beneficiũ soleat tũc tantũ dari cõmuniter pro decima,& hoc per fundamẽta prædicta & attenta forma literarũ iustitiæ quæ pauperibus conceduntur dũ in eis dicitur si cũ cura xl.si sine cura.xx.lib.turonẽ.paruorũ secundũ taxationẽ decimæ si taxatũ fuerit uel si taxatũ non fuerit secundũ ꝙ de illo pro decima huiusmodi cõmuniter persolui cõsueuerit ualorem annũ nõ excedãt &c.dicit tamẽ Mil.in uerbo gratia si impetretur in repertorio ꝙ si expressa taxa decimæ & in eo loco nõ reperitur taxa decimæ,ꝙ uel gratia non ualet uel intelligitur secũdũ uerã æstimationẽ ut dicit Old.cõsi.ccxxxij.sed subijcit ꝙ Io.An.plures opiniones referẽs aliter cõcludit in additione Spec.super rub.de cõces.præbẽ.ubi uidendũ erit.Dicit tñ à Rota decis.xlij.de rescrip.in antiq.ꝙ si in prouisione fiat mẽtio cõis ualoris nõ inspicitur taxa decimæ et si fiat expreßio secũdũ æstimationẽ seu taxationẽ decimæ,tunc attenditur taxa beneficij nõ cõmunis ualor & nota ꝙ quantũ ad ualorẽ beneficij inspicitur tẽpus datæ & impetrationis nõ anterius uel posterius Old.cõsi.lviij.quidã impetrauit & late Fel.in c.cam te col.pen.uer.fallit v.de rescript.ita etiam in contractibus tempus contractus l.si uoluntate.C.de rescin.uend.c.cum causa de testi.c.cum dilecti & ibi glo.de empt.& uendi.

XX. Decis. SVMMARIVM.

Expreßio valoris prout in arrendamento fructuum beneficij facta per eum per cuius cessum vel decessum vacat beneficium, etiam excusat à pœna dictæ regulæ.

EPITOME.

1 Valor beneficij necessariò non probatur per arrendamentum.
2 Possessio non probatur per locationem.
3 Ignorantia in gratiosis non excusat à surreptione.
4 Valor est pars gratiæ ideo vere probandus.
5 Princeps debet esse alienus ab omni amaritudine & auaritia.
6 Solennitas non necessaria si tamen attendunt & inepte an valeat actus, vide remissiué.
7 Valor expressus secundum arrendamentum prædecessoris excusat à pœna regulæ de exprimendo valore?

DECISIO XX.

PLures etiã occurrerunt causæ in quibus fuit tentũ quòd
1 *si exprimatur ualor secundũ æstimationẽ † arrendamẽti facti per proximum prædecessorẽ seu eum qui ceßit ista credulitas excusat à pœna regulæ de uero ualore exprimendo & do. Iaco. Simonetta in causa quã habuit contra domicilium de Glutião dum esset aduocatus consistorialis dixit succubuisse ex eo solo fundamẽto quòd aduersarius probauit arrendatos fructus per prædecessorẽ ad expressum ualorẽ, pro hac cõclusione faciunt fundamenta proximæ decisionis, & ista confert etiam ad illã. Itẽ quia probabiliter potuit credere impetrans quòd ultimus rector nõ arrẽdasset ꝑ minori pretio ueræ æstimationis cum nemo præsumatur iactare l. cum de indebito in prin. ff. de probat. & c. super hoc de renunci. quãuis arrendamentũ non probat necessariò ualorẽ sicut nec locatio domi-*
2 *niũ † aut possessionem l. ad probationem. C. loca. & cap. inter dilectos in fi. cum ibi not. de fi. instru. & ita dominus Ioã. An. de Triuultijs ex uotis omnium dominorum uno excepto iudicauit*

cauit & in secunda causa pendet coram reuerendissimo do.
3 Cardinali Anchonitano coram quo allegatur † q̃ ignorantia in gratiosis non excusat à surreptione c.constitutus de rescip. & quòd sola simplicitas sine dolo in istis nocet ut dicit Fely.
4 in c.ad aures eo.tit.iij.col.Item q̃ ualor † est pars gratiæ quæ debet uere probari & non potest prætendi iusta ignorantia quia debuit se informare prout hæc late prosequitur Felyn. in dicto c.in uerbo de expressionẽ ualoris, & quòd arrendamentũ uerè non probat quibus pro sententia uidetur responsum ex deductis in ista & proxima decisione & ostensum q̃ fuit iusta credulitas non fatua quæ debet sufficere. Item non sumus in terminis pœnæ nullitatis gratiæ inductæ à iure cõi quo nõ est necessaria expreßio secũdũ glo.in cle.j.de præbẽ. quæ hoc tenet tã in ualore beneficij obtenti quã obtinendi ut colligit Car.ibi in prin.sicut nec habetur in quo casu in requisitis de iure admittatur sine præiudicio ueritatis quod rigorosè disponunt iura de simplicitate & ignorãtia loquẽtia sed ad fugiẽdã pœnã regulæ quæ strictã desiderat interpretationẽ l.iij.§.hæc uerba.ff.de nego.gest.& benignã intelligentiã l.cũ quidã.ff.de lib.& posth.& c.odia de regu.iur.in vj.& l. interpretatione.ff.de pe.probabilis credulitas sit sufficiẽs remota ab omni dolo aliâs difficile nimiũ esset & quasi impoßibile in breui tẽpore uerã habere ualoris informationẽ,& beneficia diutius carerẽt administratore cum dispẽdio ecclesiarũ & periculo animarũ in habẽtibus curã quod esse non debet c.ij.de conceß.præben.& hinc est quod dispensatur cum electis extra Italiam ut ante confirmationem impune administrent c.nihil de elect.& uacare dicitur licet prouisum sit q̃ñ prouisus administrare non potẽst quia nondum habet literas ut dicit glo.in cle.j.de hæreti.saltẽ de facto quando negligentia

tia promissi imputari non potest ut tenet Host.in sum.ne sede uac.§.quot modis dicatur sedes uacare aut esset regula captiosa quæ laqueũ pararet & metu pœnæ cõstringeret ad expressionem maioris ualoris & solutionẽ maioris annate si quis sine mora uellet expedire literas seu stante etiam periculo alterius regulæ quod si literæ sint expeditæ ad unũ ualorẽ nõ possint aliæ ad maiorẽ expediri uigore eiusdẽ supplicationis habentis clausulã q; ualor poßit augeri. esset enim causa q; gratia periret si esset expeditio facta ad minorẽ cõtra c. erit autem iiij.di.& regulã c.cognoscen.de consti. & omnis amari-
5 tudo † & auaritia debet à principe esse aliena ut in l. unica. §.fi.C.de cadu.tollen.& in auct.de nupt.§. primæ siquidẽ ibi ne aliquo uideamur talia corripientes fisci prouidere utilitati col.iiij.& obligare quasi ad impoßibile cõtra l. impoßibiliũ de reg.iur.& l.fi.ff.quæ sen.sine appe.rescin.& propter difficultatem facilis esset error,& quodammodo uagaretur impetrans sub incerto & quasi sorti supponeretur an plus uel minus explicaret quod regulariter est prohibitum c.fi.de sortileg.& ideo quæcunq; probabilis credulitas aut taxationis in camera uel arrendamentorum seu forsan quòd talis esset fama publica uel antiqua aut moderna taxa etiam in partibus pro decima facta dummodo secundum communem æstimationem sufficere debet ad euitandum pœnam regulæ.nam fama & alia quæ ponit Bar.in l.celsus de usuca. ff. inducunt iustum errorẽ & iustißimum respectiuè etiam ad usucapiendũ & sic ad acquirendum quod est plus & fama à dolo & calumnia excusat etiam in casu de quo Oldr.con.ccciiij. ubi uideas. Item bona fides quæ causatur ex arrendamẽto prædecessorũ prout in simili no.gl.in c.de quarta & ibi Abb.col.ij.de præscri.quæ optime & in fortioribus terminis faciũt pro decisione & Rota

quæ multum innititur æquitati exẽplo legislatoris in l. quòd si ephesi.ff.de eo quòd cer.lo.in cõseruandis gratijs in quibus fiunt multæ expensæ & obtinẽtur cum sudore & ad uitandas pœnas in dubio & ubicunq; potest sequitur iura dicentia rem interpretari potius ut ualeat quàm pereat l. quoties. ff.de re. dub.& c.abbate de uer.sig.cum simi.nimirũ si etiã in hoc casu æquitatem amplexa sit quando ea opus fuerit, non obstat quòd quãuis de iure expreßio non sit necessaria tamẽ si exprimitur & falso non ualet impetratio ut firmat Fely.in d. c. ad aures secunda cõclusione & istud est de iure cõmuni, quia si non esset regula tunc imputandũ esset ei qui se astrinxisset ad exprimendũ l.fideiussor.§.j. qui satisda.cogan. & l.ij.§.quod diximus.ff.si quis cauti.& c.cũ in ueteri circa fi.de elect.quod
6 tamen dependet à Brocardo illo an & quãdo † solẽnitas non est necessaria si tamen attentatur & inepte uiciet uel non ut Fely.ait in c.cũ ordinem de rescri.& in d.secunda cõclusione sed postquã edita est regula & obseruatur talis culpa non est uerisimiliter ascribenda, quin potius dicendum ꝙ cogente regula expressus est ualor qui sine ea fuisset omissus super quo uideatur decis.Rotæ xix.in no. de præ. & Abb.post Car.in c. fi.ij.& iij.col.de præsump.& Anch.consi.ccxcv.incipien.pro clariori euidentia ubi firmat fortius quòd si omißio ualoris nõ uiciat nec superflua expreßio licet falsa per iura quæ ibi adducit col.pen.& ult.& ibidem ac in consi.cxxxviij.de natura & efficacia & c.loquitur quando gratia est facta motu proprio & ideo non curat de excessu in modica quantitate & in una Mediolanen.parrochialis de Verdelo coram me de mense
7 Martij 1522.pro Lud.de Brixianis † & contra archiepiscopum Spalaten.domini idem firmarunt quod sufficerent arrendamenta quæ in facto duo erant producta.

Super

SVPER REGVLA DE INSINVAtione & publicatione.

XXI. Decis. SVMMARIVM.

Si debilior, & fortior in decreto concurrant sine publicatione vincit debilior cum noua prouisione fortiorē etiam possessorem eam non habentem non obstan. regula de publicanda acceptatione & hoc per regulā iuris accrescendi. Vel sic, Regula de publicāda acceptatione infra tres menses non procedit quando acceptans habet nouam prouisionem infra tempus regulæ etiam si concurrat cum habente fortius decretum qui nec publicauerit nec nouam prouisionem habuerit, & vide quomodo intelligitur illud quod lex est certa de eo quod est & quod est certum naturæ & legi.

EPITOME.

1 Noua prouisio supplet diligentijs requisitis per regulam in acceptātibus vigore gratiarum expectatiuarum.
2 Expectanti an rectè dicatur ius esse quæsitum ante lapsum trimestris?
3 Mentio de actu clād. bili vel nullo necessaria non existit.
4 Dominium in prophanis ex pluribus causis in simul concurrentibus haberi potest.
5 Tituli in beneficialibus multiplicari possunt non ad effectum consequendi ius ex varijs causis, sed vt ex illis posit se defendere.
6 Dominium ex pluribus causis acquiri non potest.
7 Beneficium suum facit expectans ex noua prouisione, quando publicare omisit.
8 Lex dicitur esse certa de eo quòd potest esse certus homo non de eo quòd soli Deo.
9 Ius in re in istis spiritualibus ex solo titulo etiam absq; traditione acquiritur, stante consensu.
10 Impetrans an mentionē facere teneatur de futuris habentibus mere cō tingenter se ad esse & non esse.
11 Noua prouisio æquipollet diligentijs.

DECISIO XXI.

Quidam habens inferius decretum in una causa Corosopiteñ. corã d.Bar.de Petrasan.deduxerat acceptationẽ & prouisionẽ in parrochiali uigore gratiæ expectatiuæ & obijciebat fortior in decreto quòd non publicauerat dando de regula de insinuatione & publicatione de qua fortior retorquebat cõtra debiliorẽ,debilior dabat nouã prouisionem cum qua adducebat aliã regulã de pluribus expectãtibus ad eandẽ ecclesiã,quæ solet allegari de iure accrescendo uel non decrescendo inter acceptantes, quorũ superior defecit in publicatione,fortior dicebat nõ sufficere nouã prouisionem quæ uenit post suã acceptationẽ & prouisionem & sic post ius in re quæsitũ c.fi.in.fi.de cõcess.præben.in vj.quamuis amißibile si in tempore non publicaret c.cõmissa,c.quàm sic de elect.& c.si tibi absenti de præbẽ.eo.ti.unde obstabat plenitudo & q, alteri ualidè cõferri non poterat c.quãuis de rescri.eo.lib.& d.c.si tibi absenti in fi. & faciũt no.per Io.An. & Phil.Frã.in c.si quo postq̃ de præb.eo.lib.et clausula in quibuscunq; puisionibus poni solita, dũmodo tẽpore datæ præsentiũ nõ sit alicui alterius quæsitũ. Item quia decretũ expectatiuæ ipsius ligabat etiã Papã c.pen.eo.ti.& lib.ibi Lap.et Do. ideo petebat absolui, quia poßidebat l.loci corpus.§.pe. ff.si serui uendi.& l.fi.C.de rei uend.& huic opinioni adhærebat una pars dominorũ,sed maior uoluit † nouã prouisio-
1 nem ualere ꝑ quo fuit allegatũ consi.Lud.Ro.ccccxxxiij.ult. col.in fi.secũdæ quæstonis.Itẽ q, per regulas prædictas de publicando,& de iure accrescendo inducebatur secundũ quosdam fictio,per quã declarabatur cui & prius fuisset ius quæsitũ ex dictis duobus,uel si neutri esset quæsitũ cũ apud rerũ naturam istud certũ esset l.cum ad præsens si cer.pe.& l.cum

quidam

quidam.§.quod dicitur.ff.de acqui.hære.quamuis nobis inco-
2 gnitum qui † ante lapsum trimestris, dicere non possimus re-
ctè quòd alicui esset ius quæsitum, & propterea non secuta
declaratione ob defectum publicationis nulli fuerat ius quæ-
situm, & cõsequẽter noua prouisio ualuerat, quia beneficiũ
non erat plenũ, & hoc certũ legi, sicut naturæ erat. ideo noua
prouisio impedimentum nõ habebat, nec mentionẽ iuris ali-
cuius quod non extabat requirebat uel derogationẽ, & q. per
istam rationẽ tollebãtur cõtraria, & quidã ex dñis in hoc ma
gis ponderabãt regulã de publicanda acceptatione, quasi ipsa
resolueret annullando omnia ab initio, ita q. post finem trium
mensium declararetur, & cõstaret nullum ius fuisse quæsitũ
fortiori, de quo debuerit in noua prouisione fieri mẽtio, & q.
stante hac fictione respiciente retro nõ fuerat in pẽdulo pro-
uisio fortioris quin potius ab initio nulla & eo modo non ob.
c.ij.de elec.& regula actus legitimi de reg.iur.in vj.& ff.Itẽ
3 quòd † de actu elidibili uel nullo nõ est necessaria mẽtio gl. in
c.nonnulli de rescrip.& in c.j.de lit.cõtest.in vj.& plura cu-
mulat Fely.in c.ex tenore de rescri.in uerbo de rescripto sed
cõsi.Lud. nõ facit pro decisione, cùm tantũ dicat q. beneficiũ
meum reuocabiliter uel futurum meum sub cõditione si publi
cauero in termino, & tũc irreuocabiliter possũ pendente pu-
blicationis conditione facere meum, ex noua prouisione à si-
mili eius quod dicitur in l.cui res de acti.empti.& in l. fundo
ff.ad le.falci.iuncta declaratione Bar.ibi post gl.& dicta etiã
4 in l.iij.§. ex pluribus de acqui.poss. ff. † q. dominium in pro-
phanis potest haberi ex pluribus causis simul concurrẽtibus,
& quòd ualet legatum factum purè eius quod est debitum
sub conditione, sed per hoc nõ probatur quòd satisfiat regulæ
quæ requirit pro forma publicationem. unde saltem fortiori

possessori absolutoria non debet negari. Nã id clarius ꝑcedit
5 *in † beneficialibus in quibus potest multiplicari titulus c. post electionem in uerbo processu uerò temporis de cõces. præbẽ. cui concor. c. ij. de arbi. ubi capellaniã habuerit unus à duobus ad minus ex cõfirmatione & ibi no. Abb. ꝙ ad cautelã potest quis sibi procurare plures collationes seu institutiones beneficij, nec per secundã uidetur renũciare primæ, & hoc est tutum cum dubitatur de ualiditate primæ & in c. ueniẽs iiij. col.*
6 *de præscri. dicit ꝙ quamuis dominium † ex pluribus causis nequeat acquiri, potest tamen pro cautela quis uarios cumulare titulos non ad effectũ cõsequendi ius ex uarijs causis, sed ut ex illis poßit se defendere, licet enim uti pluribus defensionibus regula nullus pluribus de re. iur. in vj. no. Abb. in d. c. post electio*
7 *nem & Gof. in sum. de præscrip. j. col. ex noua † igitur prouisione bene fiet suum beneficiũ, etiã si omittat publicare, dummodo non cõcurrat cum fortiori in decreto qui ipsum uincat publicãdo, uel qui sine publicatione poßideat, ut in casu isto, ad illud quod non secuta declaratione defectu publicationis nulli fuit ius quæsitũ, & intrauit noua prouisio sine impedimẽto, responde non esse uerum aliquo respectu, quia aut cõside-*
8 *ramus certitudinẽ legis † & naturæ de præsenti. quæ est certa de eo ꝙ est ut d. l. quidã. §. suũ, nõ autẽ est certa de eo ꝙ futurũ est, quia prout ibi inquit Bar. certa est de omni eo de quo potest esse certus homo, nõ de eo ꝙ soli Deo est certum, hinc est quòd non est certa quando aliquid pendet ex futuro euentu, cum illud sciat solus Deus c. nouit de iudi. & tali casu lex non esset certa an fortior publicaret uel nõ, sed bene ꝙ tẽpore nouæ prouisionis fortior habebat ius plenũ ad rem & in re, & sic per aliũ non impetrabile aut respicimus legem de præsenti esse certã de eo quo euenire potest, ut quod est certũ naturæ*

sit

ſit certũ legi ut l.ſed et ſi reſtituatur.§.ſi.de iud.& l.ſi pater. ff.de ſol.cũ ibi no.ꝑ de attentatis di-it Abb.in c.ſuper quæſtionũ.§.ſi.de offi.deleg. ꝙ apud nos pendẽt ex futuro euentu qui ignoramus,an appellatio fuerit legitima necne, ſed apud ipſum ius ſtatim ſunt nulla uel ualida,& idẽ ait de excõmunicatione poſt appellationẽ,an teneat uel non in c.paſtoralis in prin.iij.col.de app.& ſic ſciret & inſpiceret tempore nouæ prouiſionis deſtructionẽ iuris habẽtis fortius decretũ,& põt primò dici id procedere,qñ inſpicitur futurus euentus antequã ueniat reſpectu probationis faciendæ ſuper re iam facta, ut in caſibus de quibus per Abb.& ſimilibus ex quo lex & natura certa ſunt,iam eſt in eſſe producta & in rerũ natura,ſed apud homines detegitur.quãdo probatur quomodo erat, non autẽ reſpectu rei producendæ in eſſe ſecundũ intelligentiã ad d.§.ſuũ & etiã tali reſpectu lex non eſſet certa ex eo ꝙ tempore nouæ prouiſionis non erat aliquid poſitiuè aut negatiuè de publicatione,& ſoli Deo notũ an publicaret uel non. ſecũdò eſto propter aliquẽ iuris effectũ ꝙ quãdoq; lex reſpiceret de præſenti ad id quod nondũ exiſtit in rerũ natura,& ꝑducendũ eſt id eſſe de nouo nõ reſpectu ſolius ꝓbationis,omnino in caſu de quo agitur certitudo non produceret hunc effectum, quia contrarium uoluit canon d.c.ſi tibi abſenti ubi poſt collationem factam abſenti alteri, non poteſt conferri beneficium etiam antequam abſens conſentiat exiſtens in termino, ꝙ eſt fortius ex quo adhuc dicitur beneficiũ uacare, quãuis non ſit libera diſpoſitio eius ſecundum Ioan.And.ibi & Oldr.conſil. lvij.& Abb.in c.accedens de præben.colum.j.in caſu quo cõfertur abſenti nulla perſona mediante,ut nihil acquiratur abſenti per talẽ collationẽ,nec poſſumus dicere beneficium eſſe ſuũ antequam acceptet,licet conferens nequeat retrocedere à

collatione donec absens declarauerit animũ suũ, quia functus est officio suo in eligẽdo absentẽ, post acceptationẽ autẽ & cõsensum alteri nullo modo potest prouideri ut in fin. d. c. quia
9 stante † cõsensu in ipsis spiritualibus ex solo ti. acquiritur ius in re etiam absq; traditione ut dicit idem Abb. in c. inter cætera ad præbẽ. & ius plenũ in beneficio ex collatione seu sola institutione d. c. fi. de conces. præben. & Abb. in c. q, autem & c. nobis. ij. col. de iurepatr. & si dicãtur q, ideo est in casu d. c. si tibi quia est functus officio suo, & quòd non est ius quæsitum & uacat beneficium ut supra, & q, post consensum absentis & acceptationem. ideo non potest alteri cõferri, quia non est amißibile ulterius & irreuocabiliter est quæsitũ, respõde q, à fortiori facit ad propositũ, & quãdo non faceret est casus rotundus in simili in d. c. cõmissa in prim. de elec. eo. lib. cui nõ cadit responsum aut uolumus dicere q, apud nos sit incertum de publicatione futura uel non publicatione, & ex hoc nõ sequitur, quin ius sit quæsitũ in re & plenum per prouisionẽ, cùm id operetur dispositio iuris, & nihil faciat uel sciẽtia uel ignorantia debilioris in decreto, qui si sciat prouisionem fortioris eam ignorare non potest, & si nesciat ignorãtia à surreptione nouæ prouisionis non excusat c. cõstitutus de rescrip. quoniã in istis nocet simplicitas quia debet quis quærere, an alteri sit prouisum secundũ Fely. in c. ad aures iij. col. eo. ti. præsentia enim & præterita debuerũt cõsiderari ab impetrante non futura quæ diuinare non potest nec cogitur l. si putator in fi. ff. ad l. aquiliam & c. unico ut eccle. benefic. si. di. confe. nam
10 † de futuris habentibus se ad esse & non esse merè contingẽter non est opus in impetratione mentionem facere, ut inquit Fely. cor. vij. in c. in nostra de rescrip. & q, est consideratum de fictione regulæ de publicãdis, non est uerũ cum non fingat nec

resoluat

resoluat annullando acceptationẽ & prouisionem, ut à principio, sed statim post tempus publicandi & nõ ante. fuit ergo plenitudo iuris usq; ad defectũ publicationis absq; pendulitate, aliâs diceremus cõtra sequentẽ decisionem, in qua fuit obtentũ non ualere impetrationẽ tertij post acceptationem & prouisionẽ acceptãtis ante lapsum terminũ ad publicandum, etiã si expectans in publicatione deficiat, & ibi lucebunt hæc clarius non ob. etiam quòd de iure elidibili non fuit necessaria mentio, quia ex prædictis est responsum, & illud intelligitur quãdo potest elidi tempore gratiæ. at hic tempore nouæ promissionis stabat firma prouisio, licet resolubile, ut est dictum ex quibus omnibus subsistunt fundamenta contra conclusionẽ. quæ nihilominus potest saluari hoc solo fundamento, ut dicamus quòd noua

11 *mus quòd noua † prouisio æquipolleat publicationi, & tunc non dicemus ꝙ ualeat ut prouisio, ex quo inuenit ius plenũ in habente superius decretũ, quia obstarent prædicta, sed tãquã publicatio uel habens uim publicationis, & cũ regula de iure accrescendo debilior uincet fortiorẽ, & cessabũt alia motiua super quo, & an sit uerũ, quia uariæ fuere interpretationes, ut audio antiquorum dominorum quomodo æquipolleat uel ueniat, uideatur alia decisio incipiens, pluries fuit disputatum, quod noua prouisio supplet diligentias uel defectum diligentiarum, cum ibi quemadmodum hîc plura dici possint.*

XXII. *Decis.* SVMMARIVM.

Noua prouisio supplet diligentias aut diligẽtiarum defectum. Vel sic, Noua prouisio æquipollet publicationi, vel per eã satisfit regulæ de publicanda acceptatione.

EPITOME.

1 Expectantes vel publicare vel nouam prouisionem, quæ defectum

E 5 dili

diligentiarum supplet facere tenentur.

2 Publicatio acceptationis, qua ratione fieri mandatur?

3 Acceptans si habet nouã prouisionem capit beneficiũ absq; publicatione, & tunc noua prouisio & non expectatiua canonizãda venit.

4 Expectans habens nouam prouisionem cum fortiori decreto, si concurrat cum alio expectante qui publicauit, quis sit præferendus?

5 Testamentum coram principe factum & publicatum, omnem solennitatem habere censetur.

6 Noua prouisio æquipollet publicationi.

7 Acceptans licet habeat nouam prouisionem, ad maiorem tamen cautelam acceptationem & prouisionem publicare non desinat.

DECISIO XXII.

Pluries fuit disputatum in causa Vulterana beneficij corã do. Nicolao de Spinosa, an noua prouisio habeat uim
1 *publicationis, & una pars dominorũ † tenebat quòd nõ, quia pro forma certis loco, & tẽpore requiritur publicatio, quæ est seruanda c. cum dilecta de rescrip. & non æquipollet noua prouisio publicationi, cũ hoc regula non dicat, nec nos debemus dicere c. ad audientiã de deci. & l. illã. C. de colla. neque ad arg. iurium consimiliũ argui potest quòd uideatur sufficere publicare per æquipollens, uel quãdo non potest fieri formaliter, ut sit satis quòd fiat prout fieri potest, ut inquit Lud. Rom. consi. ccccxxxiij. in j. q. allegando ad hoc ca. statuimus de offi. delega. c. ubi periculum. §. porrò de elect. in vj. & clc. causam uer. uerum de elect. & in cle. j. de for. com. ac unica de conces. præb. iunct. glo. super uerbo loco & l. in causis de reg. iur. & l. j. §. sed & aristo. ff. quòd ui aut clam, quoniam ibi est quia satisfit mẽti cõstitutionis, & tantũ est quantum si uerbis satisfieret, & potest uerisimiliter deuenire ad notitiam illius cui lex uoluit, & aliàs excusat impedimentũ, ut declarat Lud. in d. consi. in singulis casibus. at in casu isto nullũ est impedimentũ ad publicandũ, nec per nouã prouisionẽ in qua solũ fit supplicatio, puenit uerisimiliter ad notitiã ordinarij & aliorum,*

rum, & cõsequenter non satisfacit expectãs menti regulæ, cũ noua prouisione ex quo duplici ratione mãdatur fieri publica
2 *tio † acceptationis secũdũ Lud. in d. cõsi. ut acceptatio ordinario collatori sit nota, ne cõtingat aliàs ordinariũ impeditũ proprio iure cõferre, & detur eo modo materia litigãdi expectatiuo & prouiso ab ordinario. secũdò ut p publicationẽ innotescat omnibus ius cõpetere uel non publicãti, ne inuanũ desuper laborent, quod est idẽ cum prima ratione & sub una totũ potest contineri, noua nãq; prouisio in curia obtinetur nõ in partibus, unde existẽtibus in loco beneficij est penitus incognita. & licet per curiales possit fieri in curia publicatio, istud tamẽ præcipitur fieri in audiẽtia contradictarũ legendo alta uoce hora, qua curialiũ multitudo adest, taliter quòd trãsit in notitiam uerisimiliter quòd non sequitur ex noua prouisione paucis cognita, & quæ secreto potest procurari & dolosè post aliquot mẽses registrari, ne habeatur notitia si impetrãs eã nõ redimat in registro, neque registrari pcuret nõ ob. q Lud. in d. cõsi. firmat in ij. q. quia istud nõ dicit ut uideatur satisfactũ publicationi, sed q durãte termino ad publicandum potest obtineri beneficiũ uigore nouæ prouisionis, & non inconuenit q petatur purificatio ex duplici causa, quinimo permissa est cumulatio titulorũ in beneficialibus ut in c. post elec. de conces. præben. & c. ij. de arbit. & ubique Abb. & est utile sicut legatũ purũ rei quæ erat debita sub cõditione ut in l. cui res de acti. empti. & uendi. & l. fundo ad l. falc. & Bar. in l. iij. §. ex pluribus. ff. de acquir. poss. post glo. & prout latius in superiori decisione incipiẽte, quidã deduxit ubi uideas & dom. Domi. de Iacob. qui hãc partẽ cũ tribus alijs defendebat, asse-*
3 *rebat fuisse bene tẽtũ quòd acceptãs sine † publicatione capiebat beneficiũ cũ noua prouisione, & quòd noua prouisio de-*

bebat

bebat canonizari nõ expectatiua cum acceptatione & prouisione, quòd puto uerum ex prædictis, ex quibus infertur
4 *quòd si cõcurreret † expectans habẽs nouã prouisionẽ cum alio expectante habẽte inferius decretũ & publicante, nihil haberet & uinceretur ab illo propter regulã de iure accrescendo, cui regulæ Papa nõ derogat in noua prouisione, & hoc supposito destrueretur in totum prædicta decisio supra proximè allegata nõ esset uera etiã secũdũ ultimũ fundamentũ ibi, nec huic intelligẽtiæ refragatur l.omniũ.C.de testa.ubi*
5 *factio † & publicatio testamẽti corã principe habet omnem formã & solẽnitatẽ, ut idẽ sit in noua supplicatione porrecta principi & ꝓuisione, quæ fit à principe in qua dicitur, quòd dubitat expectans acceptationẽ & prouisionẽ uiribus nõ subsistere, & petit de nouo prouideri, quia præsentia principis excludit omnẽ suspitionẽ & supplet quãcunque solẽnitatẽ ut in textu d.l. sed nõ in proposito efficit quòd ordinario & alijs qui possent fraudari innotescat, quod requirit regula quæ nõ fuit cõtẽta ut ipsi principi innotesceret, & attenta ratione regulæ quæ gubernat legẽ l.cũ pater.§.dulciss.ff.de lega.ij.etiã cõiecturata dicit Abb.in c.fi.v.col.de iureiur.& in c.ij.requiris in princi.de appell. facile est respondere alijs articulis quæ in contrariũ fierent, sed maior pars, hoc est domini quinque*
6 *cõtra, ut † æquipolleat publicationi per d.cõsi.Lud.Itẽ quia maiores ut dicebatur ita obseruauerant, & à tali interpretatione nõ erat recedendũ l.minime.ff.de legi.maximè quia sub securitate & fiducia huiusmodi interpretationis, tenẽdo nũc contra eã reperirentur multi decepti ꝙ nõ erat æquum. Quid tenuerint antiqui, & an uariauerint dicãt antiquiores necne, hoc unũ est quod hodie quinque ex dominis firmiter tenent, quod non æquipolleat, inter quos ego ex præmißis, licet alij*

contra

contra & ex mutatione auditorũ contingens est, quòd nega-
tiua magis placere posset. ideo unus † quisq; cautus non desi-
nat publicare, nec firmiter in noua prouisione confidat.

XXIII. Decis. SVMMARIVM.

Noua prouisio præsupposito quod suppleat diligentias aut negligentiam in publicando, seu quod æquipolleat publicationi supplet etiã, & satisfacit regulæ prædictæ de insinuatione & publicatione quoad tertiam partem de intimandis acceptatione, prouisione, & publicatione possessori, uel de euocãdo eo ad iudiciũ infra annũ.

EPITOME.

1 Noua prouisio æquipollet nedum publicationi & insinuationi, uerũ etiam quo ad tertiam partem de vocando possessorem infra annũ.
2 Noua prouisio supplet omnes diligentias quo ad omnes partes regulæ, post acceptationem & prouisionem.

DECISIO XXIII.

SI detur q̃ sit uerũ seu ita seruetur q̃ noua prouisio æqui-
polleat publicationi dubitabã in una Hispalẽ. ca. & præ-
bẽd. quæ corã me pẽdebat de mense Maij 1523. an noua pro-
uisio etiã æquipolleret tertiæ parti dictæ regulæ de insinua-
1 *tione & publicatione, † uidelicet de intimatione fienda pos-*
sessori, uel de citando eo iudicialiter infra annũ, & dixerunt
domini q̃ sic, & quod ita fuerat obseruatũ omni tẽpore quo
fuit tentũ nouã prouisionẽ ualere pro publicatione accepta-
tionis & prouisionis, mihi uidebatur durum utrũq;, sed dato
& præsupposito pro uero non debebat extendi interpræta-
tio ultra casum publicationis ar. l. in agris. ff. de acqui. re. do.
& c. j. de sepul. maximè quia nec ratio regulæ id patitur, nec
uerba ut etiã ostẽsum est in proximis decisionibus. Tamẽ po-
2 *test dici interpretatã fuisse † nouã prouisionẽ, ut suppleat di-*
ligen

ligentias,uel pro diligentijs dictæ regulæ quo ad omnes diligẽtias,& partes post acceptationẽ & prouisionem,nõ quo ad unã tantũ uel data ueritate suppositi,q̃ impoßibile esset intimare publicationẽ quæ non est formalis l.impoßibiliũ de reg. iur.ff.licet ex aduerso dixerim,q̃ debuisset publicari & intimari ipsa noua ꝑuisio eadẽ facilitate,& q̃ aliàs possessori nõ satisfit,nec regulæ cõtẽplata eius ratione ut sic saltim satisfieret,q̃ melius esset,et posset substineri decisio in utroq; capite.

XXIIII. Decis. SVMMARIVM.

Non valet impetratio tertij infra tempus publicationis expectanti,licet expectãs non publicet.Vel sic,Prouisio tertij in termino publicationis non valet,quãuis expectans deficiat in publicãdo.Vel sic,Regula de publicãdis nõ fingit nec annulat ab initio retro,sed post incursũ dũtaxat.

EPITOME.

1 Prouisio facta tertio de beneficio acceptato per expectantem infra tempus datum ad publicandum non valet,quãuis expectans in publicatione postea deficiat.

2 Clausula in qualibet prouisione apponi solita,dummodo nõ sit alteri ius quæsitum de quo iure intelligatur:& nu.5.

3 Ius in re plenum,licet resolubile non,potest alteri conferri ante resolutionem.

4 Delegatus sub conditione ante euentum conditionis effectualem iurisdictionem non habet.

6 Expectans post acceptationem & prouisionem ius purum & perfectũ habet,licet amißibile si non fiat publicatio.

7 Regula de publicandis an annullet acceptationem & prouisionem factam per expectantem ab initio,ac si facta non esset si non publicauerit,vel solum post finitum tempus.

8 Regula de iure accrescendo procedit tãtũ in concursu expectantium.

DECISIO XXIIII.

1 *Dubium concurrit in una Palentina beneficij corã do. Pa.de Capisuchis 1519.an ualeret ꝑuisio facta † tertio de beneficio q̃ expectãs acceptauerat & ꝑuideri obtinuerat,*

rat, si postea in publicatione deficiat. Et quidã ex dominis tenebãt ualere dicentes, quòd ius quod est in pendẽtis, quale uidetur esse expectanti propter regulã de publicãdis, nõ impedit collationẽ fieri tertio. Casus est ut inquit Ludo. Ro. consil. cclvj. in c. si pro te de rescript. in vj. & in cle. j. de cõcess. præb.
2 secundũ † quẽ non ob. clausula dũmodo alteri non sit ius quæsitũ, quia intelligit Papa de iure ꝑpetuo duraturo, nõ autẽ de non duraturo ar. l. qui concubinã. §. cum ita elec. ij. de lega. iij. & l. pro parte. §. uersum. ff. de in rem uer. itẽ de iure cõditionali & existenti in pendenti l. si ita scripsisset de lega. ij. & l. Paulo Calimaco. §. põponius. ff. de leg. iij. alij cõtra, cum qui-
3 bus ego hoc solido fundamento quòd ius † in re plenum, & si posset resolui non est alteri conferibile ante resolutionẽ ut in c. cõmissa in prin. de elec. & c. si tibi absenti de præbẽ. in vj. Et hinc est quòd in qualibet prouisione ponitur clausula præseruatiua iuris quæsiti, nõ ob. cõsi. Lud. quia loquitur de iure pẽdẽti cõditionali nõ de pleno, & iã perfecto patet ex d. c. si ꝑ te & d. cle. j. in prin. ut intelligatur iuxta quotas quas allegat l. imperator de in diẽ adiecti. & Bar. in l. nõ solũ. §. si liberationis. ff. de libera. lega. ibi enim prouisio fiebat sub cõditione, & cõditio nihil potuit in esse, ut in dictis iuribus, & . §. ex cõditionali insti. de uer. ob. & c. j. in fi. de spons. & matri. in vj. cũ si. unde ante existẽtiã cõditionis nullũ ius etiã ad rẽ est quæsi-
4 tum, sicut nec delegatus † sub cõditione habet iurisdictionem effectualẽ ante euentum conditionis dicti Car. in d. cle. j. x. q. & cõsequenter sequens prouisio subintrauit, quia non inuenit impedimentũ, secus in prouisione iuris in re plena quãuis
5 reuocabili. Nec est uerũ ꝙ clausula † præseruatiua intelligatur de iure perpetuo duraturo, quia ob. d. c. cõmissa cũ si. uel procedat in tali iure, quãdo est in potestate ꝓuisi perpetuare, ut

hic publicando etiam in dic.c.cõmissa suscipiendo in termino sacros ordines requisitos, & ita de cæteris, secus si penderet à potestate tertij, uel à casu prout in cõditionali sentit Domi. *in d.c.si ꝑ te aliàs cũ multis modis priuatio beneficiorũ ipso iure inducatur, & annullatio iuris ut in extrauagã. execrabilis & in c.de multa.de præb.& c.cũ in cũctis.§.cũ uero de elec.cũ infinitis alijs, nisi aliquid fiat sequeretur ꝙ ante priuatione, seu resolutionẽ iuris quæsiti essent impetrabilia & cõferibilia, & eodẽ tẽpore idẽ ius & beneficiũ reperiretur apud duos cõtra l.iij.§.ex pluribus.ff.de acqui.poss.*Item *post acce-*
6 *ptationẽ † & prouisionẽ ius purũ est quãuis amißibile, si non fiat publicatio, & huiusmodi incertitudo publicationis non facit, ꝙ interea sit cõditionalis prouisio cũ ut est dictũ, natura propria cõditionis sit, ꝙ nihil existere supponat & se habeat ad esse & nõ esse de futuro non de præterito aut de præsenti l.cũ ad præsens cũ seq.si cer.pe.& tradit* Bar.*in l.j.ff.de cond.& demonst.nec esse dicitur in pendenti, quin sit ualida, plena, & perfecta c.fi.in fi.de conces.præb.in vj.& est deductũ in proxima decisione, nec debet esse collatio pendula ad c. ij.de elec.eo.lib.et regulã actus legitimi de reg.iur.ff.& in vj. quãtũcũq; ex uarijs causis iura inducãt priuationẽ ante amissionem beneficiorum, etiam quo ad ius in re acquisitum in eis, si quid fiat ut in hæretico c.quo iure cum gl.viij.di.& c.ij.de hæreti.in* vj.*uel si quid nõ fiat ut in casu nostro & similibus, & tamen ante talẽ euentũ non est ius pendens, & per hæc est responsum ad iura adducta per* Lud.*quæ etiam procedunt in materia diuersißima à nostra, & in dispositione cõditionali, & non offendunt in aliquo conclusionẽ, neq;* Lud.*contradicit & ꝑ cõclusione cõferunt deducta in superiori decisione, quã duobus dubitãtibus alij tenuerunt inspecta dispositione iuris*

communis

7 communis. Verum fuit etiam dubitatũ, † nunquid saltẽ regula de publicandis, quæ annullat omnia, resolueret, ut ab initio nullã fingẽdo perinde non ualuisse. ac si facta nõ esset, quo casu prouisio tertij nõ reperisset obstaculũ, & propter fictionẽ etiã non fuisset in pendulo prouisio acceptãti, uel solũ annullet post incursum. Ita q̃ nulla inducatur fictio, & interim ius fuerit plenũ, de quo debuerit fieri mẽtio, & plenitudo impediuerit impetrationẽ futurã, & aliqui ex dñis dicebant q̃ respiciebat retro, quia paria sunt dicere nullius sint momẽti uel habeantur pro infectis, sed in secundo lex annullatur ex tunc, non ut ex nũc ut dicit glo. no. in cle. unica de immu. eccle. ergo à principio omnia finguntur nulla, & nunquã fuisse nec impedimentum præstitisse, sed maior pars cõtrà, cum qua concurri ponderãdo uerba regulæ quæ habet tria decreta, primũ quòd acceptatio fiat infra mensem, idẽ & prouisio, alioquin lapso dicto mẽse sint cassa et irrita, ergo post lapsum termini annullat nõ retro nec ante, & medio tẽpore sunt ualida et perfecta. Secundũ q̃ publicatio fiat infra tres mẽses, aliâs gratiæ sint nullæ cũ inde secutis. Tertiũ q̃ intimetur possessoribus si qui sint tũc, alioquin à die quo intrusi fuerint intra annũ uel iudicialiter experiri teneantur, alioquin si postmodũ expectãtibus in beneficijs ius cõpetijsse cõstiterit, gratiæ necnon acceptationes et prouisiones nullius sint roboris uel momẽti. Subiungitur in fine q̃ si acceptãtes in præmißis defecerint locorum ordinarij, perinde post præfatos mẽses de beneficijs prouideri possunt, ac si gratiæ prædictæ etiã cũ decreto nullatenus emanaßẽt, hoc declarat q̃ post tẽpus in quolibet decreto annullẽtur precedẽtia, ex nũc nõ prius, & quãuis nõ dicat de seipso, Papa tñ ostendit nolle annullare à principio fingẽdo, quia ualidè si ita essent, prouidißẽt antea ordinarij, & ideo ex

pri

primo decreto resultant,per qđ sequētia declarātur l.si seruus pluriū in fi.ff.de leg.j.& qa nō est ratio q̄ in primo post lapsum tēpus et in alijs antea sit inducta nullitas ergo & c.l. à ratio.ff.de uer.obl.quinimo maior q̄ in primo retro ab initio ex quo iuuatur tex.d.cle.j.§.secus de cōcess.præb.et ex quo in eo uoluit minus dicendū quā in alijs uoluerit, qa dixisset si aliter quā in primo uoluisset l.j.§.fin aūt ad deficientis. C.de cad.tollē.& c. ad audientiā,de deci. & si interrogaretur, an idē in sequētibus uerisimiliter ex prædictis respōderet,q̄ sic.ergo habeatur ꝑ expresso l.tale pactū.§.fi.et ibi no.ff.de pac.et ꝑ præmissa est responsū ad gl.d.cle.j.de immu.eccl.ex quo regula resoluit et annullat post terminū nō antea,neq̄ decisioni
8 *ob.regula † de iure accrescēdo,quia procedit tantū in cōcursu expectantiū,& successiuè in similibus decisio fuit obseruata.*

XXV.Decis. SVMMARIVM.

Eadem regula locū habet in reseruatione habente mensem ad acceptandum, idem in vnione etiam si in eis Papa prouideat ex nunc prout ex tunc,& sic de similibus.

EPITOME.

1 Reseruatiuus & quilibet alius habens gratiam ad vacatura cum tempore ad acceptandum,tenetur sicut expectans publicare.
2 Regula de publican.habet locum in reseruatione & vnione, etiam si reseruatio & vnio habeat clausulam prouisionis ex nunc prout ex tunc.
3 Tempus ad publicandum quomodo computari debeat?

DECISIO XXV.

FIrmum est hoc quod dicta regula de insinuatione & pu-
1 *blicatione procedit in reseruatione & unione † ac alijs gratijs quibus apponitur tēpus ad acceptandū,quia quāuis nō sint propriè expectatiuæ de quibus regula edicit, seu in aliqua differat tam in nomine,quàm forma l. si idem. C.de codi. & glo.*

& gl.in cle.j.de cõces.præb.dicitur tamẽ pinguis expectatiua quælibet talis gratia, & est eadẽ ratio quæ in mera expectatiua propter tẽpus ad acceptandũ à quo sumitur ratio regulæ, ergo eadẽ dispositio l.illud.ff.ad le.aquil.ita in una Brixiẽ. corã.d.Io.Ant.de Triuultijs post multas aliâs fuit conclusum de mense Aprilis 1521.in qua etiã decisum q; non obstaret, si
2 reseruatio † aut unio haberet clausulam prouisionis ex nunc prout ex tunc, quasi nõ posset uerificari q; prouisio fieret infra mensem à die acceptatio.& publicatio acceptationis infra tres menses à die prouisionis cũ sæpe datæ gratiarũ præcedãt uacationẽ per annũ, ita q; inspecta prouisione tempore datæ uerba non poßint adaptari, ergo nec mens l.iiij.§.totiẽs.ff.de dam.infec.cum si.quia fuit dictũ q; regula non requirit publicari prouisionẽ.sed acceptationẽ tantùm, sed id non sufficeret quo ad prouisionẽ quæ debet fieri infra mensem post acceptationem.Itẽ supposita prouisione tẽpore datæ nõ caderet poßibilitas publicationis acceptationis in tẽpore à die prouisionis.ideo cõsidera quòd de prouisione habetur in regula, ex eo quòd in expectatiuis dantur executores ad prouidẽdum, unde potuit apponi exempli causa absq; restrictione l. damni la. ij. ff.de dam.infec.& satis est rationẽ esse generalẽ l.fi.§.fi. ff.de
3 iur.& fact.igno.fieri igitur debet publicatio † si prouisio fiat post acceptationem à die prouisionis computato termino, si simul ad idem si antea tunc à die acceptationis, quasi tali casu prouisio coniungatur acceptationi & ad eam trahatur, & quia prius non cadebat publicatio, nec poterat habenti gratiã imputari, aliâs puniretur sine culpa & ad impoßibile obligaretur cõtra l.fi.ff.quæ sen.si appel.rescin.& c. cognoscentes de cõstit.& omnino stante tempore ad acceptandũ cõstitutio in sua mente etiã nõ expreßa ut supra in alijs decisionibus,

uult fieri publicationẽ, uel tertiò dicas ꝙ nõ dicitur facta prouisio à tempore datæ, sed à die acceptationis & Papa ex tunc hoc est à tempore acceptationis, seu statim & eodẽ momento acceptationis, aut post acceptationẽ dicatur prouidere ex quo ponit tẽpus ad acceptandũ, & non est pura prouisio, sed correspectiuata ad tẽpus acceptationis, et acceptationẽ ipsam prout in simili inquit Imo. in d. cle. j. col. ij. quòd in dubio uerba ex nunc prout ex tũc in actu conditionali nõ intelliguntur ut effectualiter respiciant tempus actus celebrati, sed tempus conditionis extantis, & ita uidetur Papam uoluisse.

XXVI. Decis. SVMMARIVM.

Apprehensio possessionis beneficij cum cõtinuatione per mensem infra terminũ publicationis æquipollet publicationi. Vel sic, Regulæ de publicãda acceptatione dicitur satisfactũ per apprehensionẽ possessionis cõtinuatæ per mensem ante cursum trimestris ad publicandum.

EPITOME.

1 Possessionis apprehensio & continuatio per mensem facta per expectãtẽ æquipollet diligentijs, de quibus in regula de publicãdis.
2 Forma an sit relaxabilis per suum æquipollens?

DECISIO XXVI

Istud etiã firmiter tentũ est meo tẽpore, ꝙ si acceptans uigore expectatiuæ † adipiscatur possessionẽ beneficij, & in ea 1 *per mẽsem perseueret satisfecerit prædictæ regulæ, nec teneatur aliter ad publicandã acceptationẽ, cũ hoc æquipolleat publicationi & satisfiat menti regulæ, quoniã innotescit prout per publicationẽ, uel multo magis his qbus debet innotescere ad hoc facit ꝙ Lud. Ro. cõsi. ccccxxxiij. & iura quæ ibi allegat ad propositũ prima quæstione, de quibus supra in alia decisione*

cisione, quòd noua prouisio æquipollet publicationi, & quòd
5 *Fely. in c. dilecta de rescrip. † xv. col. dum dicit quòd notitia æquipollet solenni intimationi, cùm forma sit relaxabilis per suum æquipollens lege permittente, quæ inspecta ratione etiã tacita & unica permittit ad glo. in l. quamuis. C. de fideicom. iunct. l. libertum. §. de senatusconsulti. ff. de ri. nupt. & doctrina Alex. post alios in l. si cõstante in prin. so. ma. de ratione expressa in l. aut unica nõ expressa, & hoc dummodo infra trimestre datum ad publicandum totum id fiat, aliâs non esset satisfactum l. bonorum. ff. rem ra. habe.*

XXVII. Decis. SVMMARIVM.

Regula prædicta de publicanda acceptatione nõ habet locum, quãdo acceptans ante lapsum termini regulæ cessit vel decessit. Vel sic, Ex resignatione acceptantis qui post acceptationem & prouisionem ante decursum tempus ad publicandum cedit, dicitur vacare beneficium idẽ per obitum, licet nulla fiat publicatio.

EPITOME.

1 Regula de publicandis non habet locum, quando acceptans infra tẽpus cedit, vel decedit, & nu. 5.
2 Resignare validè potest obtinens parrochialem vltima die anni à iure ad promoueri se faciendum concessi.
3 Fraus non præsumitur, quando aliquid fit lege permittente.
4 Succurrendum non est ei, qui se in necessitate posuit aut arctauit.

DECISIO XXVII.

TEnuit palatium quòd si acceptans & obtinẽs sibi prouideri uigore expectatiuæ cesserit iuri in beneficio acceptato cõpetenti ante cursum trium mensium datorum ad publicandum. ꝙ non pereat ius suũ quãuis nunquam publicet
1 *quinimo cui ex cessione fuit † puisum potest istud prosequi,*

perinde ac si cedens publicasset in tẽpore,& idem si obijsset quo ad eũ cui per obitũ fuisset prouisum,cũ eadẽ sit ratio tam in naturali morte quàm in ciuili inspecto effectu l. mulier.ff. ad tre.l.gallus.§.& qd si tãtũ.ff.de libe.& post h.& ibi Bar. & no.in c.susceptũ de rescrip.in vj.facit cle.fi.de procu.et facit deci.Rotæ in no.xxviij.eo.ti.ratio quia totũ tẽpus usq; ad ultimã diẽ est concessũ acceptãti,& potuit expectare usq; ad finẽ,cum regula prius non annullet,ut in pe.deci.super regula indultũ de reg.iur.in vj.& est casus in c.cõmissa de elect. eo. lib.nihil tamẽ est q̃ ei posit impetrari ante fluxũ terminũ. ergo interea potuit cedere,uel cedẽdo,uel moriendo cessat regula quo ad eum,idẽ quo ad impetrantẽ per obitum uel cessionẽ quia regula nõ astringit illũ per hoc Old.cõsi.cciij.factũ tale est,collata fuit ecclesia loquẽdo in terminis d.c.cõmissa & c. licet canõ eo.ti.& lib.ubi fortius seu in fortiori casu dicit saltem in foro contentioso,q̃ cum † detur totus annus ad oẽs sacros ordines priusquã parrochialis uacet,potuit obtinẽs eam impune resignare etiã permutãdo in fine anni,& se restringere ad tã modicũ tẽpus,q̃ sit certũ eum non posse intra annum ꝓmoueri allegat in ar.l.in illa et l.insulã.ff.de uerb.obli.et dicit esse casum in d.c.cõmissa q̃ nedũ hoc ꝓcedit in prima ꝑmutatione,uerũ etiã in secunda,tertia,& ulteriori quãtũcũq; in qualibet respectu nouæ parrochialis expectet ultimã diem, nec ob.q̃ potuit in fraudẽ res differri usq; ad ultimũ momen-
3 tum,quia fraus excluditur † ex quo fit iure ꝑmittente l. gracus.C.ad l.iul.de adul.& l.nemo damnũ.ff.de regu.iur.Nec re-
4 fragatur non esse † succurrendũ ei,qui se in necessitatẽ posuit & minus arctauit ut l.ij.§.quòd dicimus.ff.si quis caut. & c. cum in ueteri circa fi.de elec.quoniã ultra prædicta respõdet Oldr.uarias esse hominũ uoluntates l.quia poterat. ff.ad trebel.

2 de iure † gratia principis non requirat necessariò scripturã sine qua proficit & est perfecta ut Arch.Io.An.Dy.& alij in probe.vj.& Cal.& Abb.in c.in nostra de rescrip.& Bal. in l.humanũ.C. de leg. & dico in illa decisione incipi. quãuis ad canonizationẽ.Reg.autẽ loquitur in casu simplici non mixto quãdo est cõiuncta dispensatio cũ prouisione ut in themate,
3 sed in † odiosis in simplicibus non cõtinetur mixtũ ergo &c. quòd nõ cõtineatur probatur in l. si ita scriptũ in prin.de libe.& posth.& l.uim paßã.§.præscriptionũ ad l.iuli.de adul. cũ si.tenet Bar.et cõiter doc.in l.ij.in prin.ff.de.uer.obl.et ibi referunt et sequuntur mode.adducẽtes etiam l. mariti.§. quinquennium iunct.l.si adulterium cum incestu & ibi not. eo.tit. de adul.& idem Bar.in l.gallus.§.& quid si tantum. ff.de lib. & posth.ij.col.quòd in materia non fauorabili in qua debet fieri stricta interpretatio dispositio in casu expresso nõ extẽditur ad omißum,et ꝙ in statutis casus mixtus non cõprehendatur sub simplicibus,uoluerunt Bal.in d. l. omnes populi Pe. de Ancha.in rep. c. canonum statuta uersi. uenio ad quartum membrum,& alij quos refert sequẽdo Alex in d. l.ij.in prin. Tertiò gratia dispensationis uenit acceßoriè ad gratiã prouisionis unde regulatur ab ea quæ expeditioni literarum nõ est subiecta,et eius naturã sequitur l.nõ dubiũ.C.de leg.c.inter dilectos

lectos circa fi.de fide instru.& reg.accessoriũ de reg.iu.in vj. nã accessoria erat ꝑ retentione utriusq; bñficij dispẽsatio.& nõ postulatur principaliter ad duo incõpatibilia. Quartò si ratio regu.fuisset bursalis,ꝓut tẽtat glosator sup ea,dicebant aliqui attẽdentes effectũ ꝙ satis erat si reperiebatur expedita
4 *tẽpore † sententiæ:licet nõ tẽpore motæ litis,maximè ad euitã dã pœnã extrauagan.execrabilis,ut in isto casu reg.in pœnis. ff.de reg.iu.& ita fuisse alâs sentẽtiatũ in Rota dicit glosator intellexisse in dispẽsato ad tria incõpatibilia, quæ detinuerat bullis nõ expeditis.s.quòd nõ inciderat in pœnã execrabilis ꝑ uerba ibi posita.si uerò fuit ꝓpter formas datas in cãcellaria circa expeditionẽ dispẽsationũ,quæ qñq; limitantur ꝑ reg.ut dicitur in ipsa reg.tũc nõ ostẽdebatur ꝙ in hoc casu potuisset impediri expeditio aut limitari,uel saltẽ quin expeditæ prout possunt expediri,defendissent possessorẽ ab incõpatibilitate, & sic cessabat ratio,& est notãdũ quod ait gl.super regula, quòd locũ habeat in his dispẽsationibus quæ restringũtur ꝑ reg.cancellariæ tñ nõ in alijs quæ restringuntur solũ de iure cõi,ꝙ intellige in casibus in quibus loquitur,& ei põt esse locus secũdũ fundamẽta adducta nõ aliâs.* Non ob.ꝙ *potest per hãc mixturã fieri fraus reg.quia fraus non cadit extra casum regulæ.itẽ satis debet esse cõtenta reg.ꝙ expeditio fit ante sententiã,& ꝙ per eã apparet,ꝙ nihil erat impedimenti,nec fuit limitata dispensatio quo minus prosit,& ab omni priuatione iuris & pœna liberet post sentẽtiã in* Rota *latam,fuit allegatum consi.Soci.in consi.nouiter impreßis.nu.xlj.iij.uo.ibi cõsueuit etiam non esse locum regu.& facit ꝙ* Domi.*consil.cvj.*

XXXVI. *Decis.* SVMMARIVM.

Non procedit etiam d. regu.quo ad pœnam

extrauagā. execrabilis stāte supplicatione dispē-sationis, nec solū habet in omnibus dispensatiōnibus, sed in his tātum quæ per expeditionem literarum limitantur.

EPITOME.

1 Supplicatio dispensationis absq; literis, an excuset ab execrabilitate & inhabilitate?
2 Dispensationis simplicis vigore cum sola supplicatione plura incompatibilia valide obtinere & assequi potest, dummodo ante sententiam literarum expeditio fiat.
3 Dispensatus vt possit plura beneficia incompatibilia obtinere, si sibi canonicè conferantur, si minus canonicè recipiat, an incurrat pœnā extrauagan. execrabilis?
4 Ratio iusta & iniusta excusat non solū à dolo, verū etiā à pœna doli.
5 Causa limitata limitatum producit effectum.
6 Supplicatio quādo, excuset non solū ad obtenta, verū etiā ad futura?
7 Dispositio principis quando ad cōseruationem & derogationem iuris communis interpretari potest, quomodo sit interpretanda?

DECISIO XXXVI.

Dispensatus erat Ioā. Bertrādi dispensatione simplici ad obtinendū plura incōpatibilia, obtinuit & possedit ea uigore dispensationis cum sola supplicatione, absq; eo q̄ literas expediuisset. postea fuit ei prouisum de archidiaconatu, cuius prouisio impugnabatur tāquā esset inhabilis ex retētione incōpatibiliū sine dispensatione, ut in extrauagā. execrabilis. §. quia uero de præbēd. dato de regula q̄ dispēsationes non suffragētur, nisi literis expeditis dubitatur coram do. Ioā. Staphilæo Episcopo Sibinicē. *de mense Ianua.* 1526. *in causa Ilerdē. archidiaconatus an supplicatio* † *dispēsationis excusasset ab execrabilitate & inhabilitate, & licet inspecto iure eā excusaret sola supplicatio p̄ ea quæ uult & adducit Gemi. cō sil. cvj. tū̄ propter reg. do. Iaco. Simo. multū dubitabat, tāquā aliquid deberet inducere ultra ius cōmune, sicut statutū ad tradita per* Bar. *in l. iiij. §. prætor ait. ff. de dam. infec. & p̄* Abb. *in c.*

in c.pastoralis in princ.de appell.sed domi.M.Spinosa uoluit quòd licet non expeditio potuisset forsan nocere si super obtentis incõpatibilibus ageretur,nõ tamẽ ꝙ propterea inhabilitatem incurrisset,quo minus ualidè potuerit postea assequi archidiaconatũ,quia pœnæ debẽt restringi nõ ex regulis,nisi expreßè dicãt ampliari l.interpretatione de pe.l.cũ quidã de libe.& posth.pro do.Sibinicẽ.ponens dixit benefacere decis. iij.de excep.in antiq.ubi pœna in uno beneficio non extẽditur ad alia,nec inhabilitatẽ inducit,nã hanc pœnã secundũ domi. Spinosam non considerauit reg.nec induxit. Verum obstare uidetur,quia si nocet quo ad incompatibilia utiq; ex retentione incõpatibilium causatur,& sequitur inhabilitas ad obtinẽda ut in d.§.qui uero & in c.dudum.el.ij.de elect.& d.decis. iij.loquitur in transgressore c.licet ca.nõ de elect.in vj.in quo non est cautũ quòd ultra puniatur in priuatione beneficij,nec quod efficiatur ineligibilis sicut retinens incõpatibilia.Maior
2 tamen pars uoluit,ut nõ expeditio † non noceret in casu decisionis,quinimo ꝙ nec quo ad obtenta incompatibilia attento quòd nunc tẽpore litis ante sententiã reperiebantur literæ expeditæ sine aliquo defectu,quasi reg. sit bursalis uel fraternizet cũ illa quòd non iudicetur iuxta tenorẽ supplicationũ, sed literarũ desuper expeditarũ,pro qua sententia fuit adductus Soci.in consi.xlj.uol.iij.ubi etiã super intellectu huius regulæ uidendũ,sed ultimũ nõ procedit ex quo illa regu.respicit iudicium,& iudicẽ ad quẽ uerba dirigit,nimirũ si expeditio sufficit tẽpore sententiæ,ista uerò concernit inutilitatẽ dispensationum etiam ante litem,& iudicium, uerùm ꝙ sola supplicatio excuset etiam quo ad obtenta considerabatur,ꝙ Innoc.Hosti. & Io.And.not.in d.c.dudum & Spec.in.§.dicendũ restat uer. quid si habens plura beneficia in titulũ de dispensa.uidelicet ꝙ

dispensatio ad habendum plura beneficia concessa ei, qui non exprimit, quæ minus canonicè tenebat, si non prodest quo ad obtenta, prodest tamen quo ad futura quæ canonicè obtinuerit. Sed hoc non est ad propositum & potius uidetur esse cōtra respectu obtentorum unde melius accommodari uidetur doctr. eorundem doct. in d.c. dudū & Specu. in allegato titu.
3 *uer. quid si dispensetur, q. si cum aliquo dispensetur † ut posit plures psonatus recipere, si ei canonicè conferātur, & postea eos minus canonicè recipiat, licet peccet, ut posit contra eum procedi, quia male & nō canonicè tenet, non tamē peccat ex eo quòd plures teneat quo in casu Mil. in reperto. in uer. dispēsatus ut posit plures &c. dicit quod talis non incurrit pœnā inhabilitatis d. extrauagan. execrabilis de præbend. Si tamen hæc similitudo non sufficeret confirmatur conclusio maioris partis dominorum, ut sola dispensatio excuset, quia etiam decretum inualidū ex errore partis causato à iure positiuo, quia non in scriptis uel peccans in alia solennitate excusat ad tradita per Bar. in l. sed & si l. scire de pet. hær. & in l. quod nerua deposi. quē ad hoc adducit Soci. in l. iuste. ff. de acquir. poss. Item quælibet etiam bestialis causa & iniusta excusat à dolo l. igitur. §. potest. ff. de lib. causa & Ias. in d. l. iuste. colū. ulti. &*
4 *dicit Ang. in l. plagij. C. ad l. flauiā de plag. q. ubi † quis est puniendus ex crimine propter dolum iusta uel iniusta ratio, excusat à dolo, & consequenter à pœna doli, & ibi uide distinctionē in materia, reprobata etiā cōsuetudo excusationē præstat c. cū uenerabilis iunc. gl. de cōsue. Pro cōclusione quæ mihi etiā placuit dixi facere adducta in pxima decisione & rōne, quæ in prohem. reg. ponitur à qua mēs statuētis colligitur ut in l. fi. ff. de hære. insti. quæ non habet locum, nisi in dispensationibus quæ prouide limitātur, cùm ratio restringat & am-*

plict

pliet dispositionem ad suos limites l.cum pater.§. dulcis.ff.de leg.ij.c.secundo requiris & ibi Abb.de appel. ista autē ut per expeditionē constitit non est de illis,ex quo nihil quòd in supplicatione continetur fuit per literas limitatū,ad hoc pondera etiā illa uerba,ne quid id dispēsatiuè tenere præsumat ad quod cōceßiones huiusmodi se nō extendunt. nam uerbū huiusmodi intelligitur de his,quæ in expeditione literarum prouidè limitantur de quibus tantū dixerat,& proximè,super quo domini Abbreuiatores habent suum stilum & regulas,etiā quòd in quibusdā restringant cōcessa in supplicationibus dispensationum,quādo literas desuper expediūt. Ad idē succedunt uerba in parte depositiua ibi nullitatis dispēsatio,igitur sola illa quæ erit limitata excluditur,& quæcūq; alia quæ nō erit talis suf-
5 *fragatur,quoniā † limitata causa & dispositio limitatū producit effectū l.in agris.ff.de acq.rer.domi.& c.j. de sepul. Ex quibus cōstat q̃ regula in omni sui parte de his solū disponit, quæ per expedientes literas prouide limitantur, prouide idest attēto stilo in parco uel camerali expeditione,uel regulis alijs super hoc editis.ergo non de omnibus de quibus si uoluisset dixisset absq; uerbis taxatiuis l.unica.§.sin autē.C.de cad. tollē. & c.ad audientiā de deci.neq; cadit cōsiderare,an ratio prohemij fuerit finalis,uel impulsiua ad tradita p doc. in l.j.§.postulare.ff.de post.in.§.affinitatis insti.de nup.et in c.cū cessāte de appe.ex quo tota reg.tam in prin.medio,q̃ in fine fundat se, & loquitur de certis dispēsationibus nō simpliciter de omnibus,et repetit ac ꝓsequitur q̃ in probe.ꝓmiserat restringēdo se ac declarādo.unde aliter sentire esset dicere nedū cōtra mētem,uerū etiā contra uerba, à quibus nisi de mente appareat contraria non est discedendū l. non aliter & l.ille aut ille. §. cum in uerbis.ff.de leg.iij.Item interpretatio non esset admit-*

tenda, ut melior sensu existeret, qui ex uerbis & mente in hũc sensum collectus est l. pe. C. de libe. præte. Neq; ista intelligẽtia debet uideri aliena post quã cõuenit uerbis & menti, maximè quia sumus in materia pœnali & iuris stricti, in qua satis est ut operetur, prout uerba sonant & nõ ultra l. iij. §. hæc uerba. ff. de neg. gest. l. si seruũ. §. nõ dixit prætor de acq. hær. & l. quicquid astringẽdæ de uerb. obli. etiã si per eam firmiter
6 hæc decisio absq; illa disceptatione, an sola † supplicatio excuset, et si excusatur quo ad futura uel obtẽta tantùm, seu quo ad utrãq; & restringat ad eas solas quæ limitantur per expeditionẽ uel limitarentur, qñ produceretur supplicatio & iudicatur per præsidentes expeditionis, an debeat limitari, quia etiã in materia statutaria inspectis uerbis Alex. qui in l. fi. §. in cõputatione col. pe. C. de iur. delib. distinguit secundũ Bart. & alios ibi q; tunc statutũ interpretatur, ut aliquid addat iuri cõmuni, quando parti non infertur graue præiudiciũ, secus si ex interpretatione prout uerba sonãt, surgeret graue præiudiciũ tunc enim interpretabitur secundũ ius cõmune, etiã si ita interpretando nihil operaretur. Ad hoc no. dictũ Inno. in c. du-
7 dum in fi. de decis. q; dispositio † principis quæ potest interpretari in derogatione iuris cõmunis, & etiam ad conseruationẽ potius interpretabitur secundo modo cuius dictũ de facili non inuenitur alibi prout inquit But. ibi & meminit Bal. in l. bonorũ col. ij. C. qui admitti, & refert ac accõmodat Fely. in trac. quãdo lite. apo. noce. patro. in iij. ampliatione in casu de quo ibidem, longe ergo magis hic sustinetur hæc intelligentia, ex qua uerba nõ impropriantur, nec mens læditur quæ ex uerbis colligitur l. cũ delanionis. §. asinam. ff. de fun. instrumẽ. l. labeo. ff. de suppel. leg. & c. fi. iũct. gl. iiij. de succes. ab intest. & nihilominus operatur in suis casibus cõtra ius, cùm de iure commu

communi gratia per solã supplicationẽ sit perfecta secundũ glo.& doc.in probe.vj.Bal.in l.humanum.C.de leg.Cald.& Abb.in c.in nostra de rescript.et late pono in decisione incip. quãuis ad canonizationẽ ti.supra de restit.spolia. Aduerte tamen, quia si in expeditione limitaretur supplicatio in aliquo passu, qui non noceret dispensato, non procederet regula, sed tunc demum quando limitatio noceret & uellet se defendere, quòd illud in supplicatione habebat, quia non sufficeret.

SVPER REGVLA DE IMPETRAT. beneficiorum per obitum familiarium Cardinalium uacan.

XXXVII. Decis. SVMMARIVM.

Regula xxx. quod impetrans beneficium vacans per obitum familiaris Cardinalis teneatur exprimere nomen & titulum ipsius, eiusq; habere consensum, locum habet etiam si familiaris decedens haberet beneficium ad vitam cõmendatum, & sic in vacatione modo quo prius cessante commenda per obitum.

EPITOME.

1 Prouisio de beneficio vacante per obitum familiaris alicuius Cardinalis, etiam si eidem familiari commendatum extiterat, non valet, nisi de nomine & titulo Cardina. mentio habeatur, & ad id eiusdẽ Cardina. accedat assensus.

2 Ratio regulæ quare consensus Cardinalis requiritur in vacã. per obitum familiaris sui, est propter expensas quas Cardinales sustinent in eorum familia.

3 Consensus Cardinalis exigitur in beneficijs, etiam si per cessationem commendæ aut dissolutionem vnionis aut aliàs quomodocunque per obitum familiaris sui vacare asserantur.

DECISIO XXXVII.

SI familiaris alicuius Cardina. decedens haberet aliqua be-

1 neficia † commendata ad uitã, uoluere domini quòd talia etiã cõtineantur, & subijciantur reg. xxx. ut nõ teneat eorundem prouisio, nisi de nomine, & titulo Cardinalis mentionẽ faciat, ipsiusq; cõsensum habeat, prout in ipsa reg. etiam si teneamus quod non senseantur uacare per obitum, sed eo mo. quo prius cõmenda cessante secundũ Fed. de Sen. in tract. de bene. permu. q. xv. Rot. de cõces. præben. prima in antiq. ac Lud. Ro. consi. cccl. et noto in pluribus decisionibus, maximè in illa super regu. de uerisimili notitia obitus incipiẽ. per obitũ Regini, & in alia super regu. de infirmis resignantibus & infra xx. dies decedẽtibus incipiẽ. Paschasius de Rota ubi ꝓ et cõtra in omni materia regularũ de uacatione per obitum exprimentiũ, quo supposito non cõueniunt uerba, ergo nec mens debet cõuenire l. hos accusare. §. in omnibus de accu. & l. iiij. §. totiẽs. ff. de dã. infect. quia fuit dictũ eandẽ esse rationẽ siue teneremus ꝙ daretur uacatio per cessationem, siue ꝙ cesset tantùm commen-
2 da & uacet modo, quo ante commendam nam † ratio reg. est propter expensas & onera quæ Cardinales substinent in eorum familia secundũ Rot. de præben in anti. xvj. quæ militat ita in obtinente in commẽdam, sicut in habente in titulum data uacatione, seu aperta ꝑ obitũ quomodocũq; uacare dicãtur beneficia, & tunc uel prius & si est unica habet uim expressæ inquit glo. in l. quãuis. C. de fideicom. & si plures essent, sufficeret ꝙ esset una finalis. §. affinitatis insti. de nup. hoc dico q̃a inuenio Egi. decisione dcxxxij. nõ ponentẽ istam & cõsiderãtem duas aliâs super eadem reg. attenta autem hac considera-
3 tione procedit conclusio, † & in dissolutione unionis per obitum per quam etiam non datur uacatio, sed modo quo prius ut plene dico in illa decisione incipi. facta erat unio ad uitam, ubi etiam dicitur de commenda ad uitam fraternizante cum unione,

unione, tamē in omni materia generalia uide argumenta hinc inde in allegatis decisi. per obitū, & Paschasius, & in indiuiduo super ista regul. Egid. d. decisione dcxxxij. & quod super ea considero in alia quæ incipit commendauerat.

SVPER REGVLA QVOD CARDI. *non comprehendantur sub Regulis post primam edictionem faciendis.*

XXXVIII. *Decis.* SVMMARIVM.

Regula Leonis. x. quod in quibuscūque regulis edēdis post primā editionē non cōprehendātur Cardinales, nisi eorundē Cardinaliū fauorē concernant vel de ipsorum aut maioris partis eorum consilio editæ fuerint, nō procedit quādo in regu. quæ postea editur dicitur expresse de Cardinalibus, licet nō dicatur de præseruatiua, nisi per clausulas generales, & vide quando secunda dispositio debeat facere mentionem de prima, & quæ mētio requiratur ac quæ sufficiat?

EPITOME.

1 Regula reuocans reseruationes, seu gratias etiam Cardinalibus concessas præiudicat eisdem non obstante alia regula prius edita quod Cardinales non comprehendantur sub regulis post primam edictionem faciendi, nisi eorum fauorē concernant. & nu. 11.

2 Regula noua an tollat primam contrariam quāuis id non exprimat. & nume. 4. 11.

3 Clausula quorum tenores apposita in regula, seu gratia sequenti tollit specialia, & indiuidua præcedentium.

5 Cardinales in verbis generalibus regularum comprehenderentur, nisi esset aliter dispositum per dictam regulam.

6 Statutum vel rescriptum habens clausulam derogatoriam ad secundum, quando per secundum reuocari possit?

7 Constitutio generalis principis secunda tollit primam contrariā cum generali mentione & nume. 9.

8 Dispositio præcedens habens clausulā derogatoriam, quādo tollatur

per

per sequentem.

9 Rescriptum contra ius quando emanauit ob publicam vtilitatem, an valeat non facta mentione de iure?

10 Priuilegium vel rescriptum emanatum contra legem valet cum clausula generali non obstan. aliqua lege in contrarium, nisi forma legis induceret non valere, nisi faciat mentionem de illa.

DECISIO XXXVIII.

PAssus fuit dubius in causa Mãtuana Capellaniæ quæ corã me in ij. instantia pendebat 1519. de mense Februarij
1 *an regu. † Leonis reuocans omnes reseruationes concessas etiam Cardinalibus præiudicabat ei qui ueniebat ex reseruatione Cardinalis sancti Seuerini stante anteriori regul. quòd Cardinales nõ cõprehendãtur sub regulis edendis, nisi cõsenserint uel eorũ fauorẽ concernant, & uidebatur quòd non ex quo per regu. reuocatoriã, quæ non erat edita de cõsilio Cardinaliũ, tollebatur reseruatio concessa dicto Cardinali, & cõsequenter erat damnosa non fauorabilis ergo &c. Nec obst. quòd de Cardinalibus esset facta mẽtio in secunda, quia in ea*
2 *non derogabatur † primæ regulæ, nec aliquid de prima dicebatur. unde per primã cũ suis clausulis & forma præseruabatur reseruatio ad materiã l. si quis in princ. de leg. iij. & c. nõnulli de rescript. sed me nõ parum dubitante dixerunt domini, quod eadem & maior potestas tollẽdi regulam & derogãdi, remãserat apud conditorẽ non ob. regu. ea. dudum de prabẽd. in vj. & quòd uoluit præiudicare Cardinalibus ex eo quòd expreßè de eis in secunda dixit, & ad clausulã derogatoriam primæ regu. fuit responsum, quòd per clausulas prægnantissimas positas in secũda uidebatur sublata prima, & de ea cogitatũ & dictũ, ita Bar. in d. l. si quis in princip. test. inquit de cle. derogatoria derogatoriarũ quòd p eam uidetur in specie*
3 *dictũ, & p clausulã quorũ tenores, ac si de uerbo † ad uerbũ insererentur haberi uolumus, pro expreßis tolluntur specialia*

lia & indiuidua ut Rot.tenet per cõſi.ij.Anto.de But. de quo & ſtilo curiæ in uarietate opinionũ meminit Fely.in c.accedẽtes de præſcript.dixi in illa deciſione quòd decretũ regulæ de triẽnali eſt pſonale incipi.quæſitũ fuit nõ obſt.cõſi.Gemi. xij.in quo de generali ſpeciali & indiuidua gratia,quia nõ negat quòd non eſſet derogatũ primæ,qñ clauſulæ de quibus eſt dictũ proximè,uel ſimiles apponerẽtur in ſecunda gratia, & ſi diceret obſeruãtia eſſet cõtra eius opinionẽ,nã cũ iſtis pinguiſsimis clauſulis conatur Papa declarare,ꝙ præcedẽtia cuiuſcũq; tenoris non obſtẽt,& exhalat animũ tollendo omnia quæ expreſsè & magis ſpecificè tolleret,ſi memor eſſet.unde

4 inoleuit quòd ultimã † reuocant aut ſuſpẽdunt priora uel eis derogãt,quia ponũtur clauſulæ fortiſsimæ ad priores diſpoſitiones ſicut dicitur de pactis nouiſsimis in l.pacta nouiſsima. C.de pac.Itẽ dicebatur ſatis eſſe in ſecũda factã fuiſſe mẽtionẽ de Card. abſq; mentione de prima,& ad id quod obijciebã ꝙ prima regu.ſecundũ prædicta non operabatur,reſpondebant dñi quod operaretur,quãdo in ſecunda reuocatoria reuocarẽ

5 tur reſeruationes quibuſcũque cõceſſæ,quia quãuis † in uerbis gñalibus cõprehendantur Card.ſecundũ cõmuniorem ſententiã de qua Fely.in c.ad aures viij.col.de reſcrip.tñ propter primam regu.non continerentur,& in hoc operatur primò quòd in ſequenti non ſufficiat uerbũ generale,ſed requiratur quòd expreſſa mentio de Cardinalibus fiat adhuc conclu.redditur dubia ex his quæ tenet Bar.l.omnes populi.ff.de iuſt. & iur.in iiij.q.iij.q.prin.ix.& x.col.poſt Cyn.quod quãdo præ

6 cedens ſtatutum eſt † derogatorium ſecundi,ut quia prohibet aliud fieri,aut ꝙ nõ poſsit in contrariũ ſtatui uel cõtra ipſum ueniri,niſi certa forma quod ſecundum non ualeat.niſi fiat expreſſa reuocatio primi,quia proteſtatio & clauſula derogatoria

toria in primo declarat animum deesse in futuro & sequitur Abb.in c.cum accessissent ij.col.de cōstit.itē idem Abb.in d.c. nonnulli iij.col.dicit quod quādo ius habet clausulā derogatoriā seruanda est forma iuris, & si requirit specialem mētionem non sufficit generalis, sed dicitur esse specialis saltem per uerba æquipollentia ut in l.non aliter de leg.iij.secundū Bald. & Cyn.in l.humanū.C.de leg.procedit in rescripto, secus in
7 cōstitutione † quæ ualet cōtra cōstitutionē cum generali mētione.s.non obstan. quacunque constitutione in contrariū ut in cle.dudum in fi.de sepul.quia constitutio emanat cum maiori maturitate quā rescriptum & Bal.post Cyn.in d.l.humanum in ij.q.loquens de statuto & reformatione dicit quod quā=
8 do præcedens † dispositio derogat formæ, scilicet quod non ualeat reformatio, nisi sub tali forma quod nō ualet nō seruata illa forma, quia præsumitur deesse consensus, si uerò deroget uoluntati ultimus actus non ualet, quia non adest uoluntas d.l. si quis in princ.testamenti & hoc quando posterior dispositio emanat simpliciter, sed quādo emanat cum clausula derogatoria non obst.aliquo statuto quod in contrariū disponeret secundū Cyn.& stilum Rom.cu.sufficiat in legibus condendis
9 derogatio † generalis legum contrariarum ut inquit Bald. ea ratione quia in legibus quæ fuerūt ob publicā utilitatē sufficit generalitas, & in rescripto quod emanat propter publicam utilitatē cōtra ius, quòd ualeat non facta mentione de iure uoluit Bar.in extrauagā.ad repri.ut refert Abb.in d.ca.nonnulli ratio, quia tunc princeps uidetur dispensare cōtra ius l.quidā consulebat in fi.ff.de re iud.secus si emanante in fauorē priuatæ personæ, quoniā tunc iura habent regulā derogatoriam contra tale rescriptum & Bart.in l.fi.C.si contra ius uel uti.
10 pub.loquēdo in priuilegio † quādo princeps rescribit cōtra l.
uult

uult non sufficere si dicatur aliquo non obstan.uel aliqua lege non obstan.cum id sit generaliter loqui,nec requiritur q. dicatur non obstante tali lege nominãdo eam,quia eßet loqui singulariter seu indiuiduè,sed est satis dicere nõ obstan. aliqua l. quæ in contrariũ loqueretur,cùm istud sit specialiter loqui q. limitat But.in c.quæ ecclesia de cõsti.prout in additione magna ad Bar.in d.l.fi.habetur quod non requiratur ut singulariter,nisi forma legis illud induceret,quia dicat non ualere rescriptũ,nisi faciat mentionẽ de illa ut in c.nonnulli,quoniã tũc requiritur singularis in proposito.ergo pro ueritate decisio-
21 *nis saltẽ in secunda regula † debuit esse mentio generalis primæ cum clausula non obstan.alia regula capiendo quancunq; opinionem,& non est uerum sufficere in secunda regula factam fuisse mentionẽ de Cardinalibus absq; eo quòd de prima reg.facta fuerit, & cum simus in regulis extra corpus iuris forsan aliud esset,quã in cõstitutionibus intra corpus iuris,ex quo in primis datur probabilis ignorãtia in secundis nõ ut in c.primo de const.in vj.iunct.l.leges sacratißimæ. C.de leg. & primæ nõ tolluntur sine speciali mẽtione,secũdæ uerò sic per sequentẽ constitutionẽ contrariã, etiam si nihil sit dictum de eis ut in d.c.j.ut dicamus quod requiratur ut dicatur specialiter non obstan.alia regula quæ in contrarium disponeret uel similia,sed quod nihil dicatur de prima reg.non crederẽ posse substineri etiam per clausulas prægnantißimas quæ diceret de gratijs & non de regulis aut constitutionibus aliquid in generalitate clausularũ,de quibus supra.ideo uerba secũdæ reg.iuxta doc. adducta uidenda sunt,quia prima regula formã habet, & clausulam etiã derogatoriã uoluntatis, nec prodest dicere quod secunda regula respicit fortasse publicum fauorem,quia ratio primæ uidetur etiam in tali fauore fundata ut in c. bonæ el.*

ne el.ij.de postu.præla. ubi tex.& gl.declarās quòd Car. cum Papa curā & solicitudinē gerunt pro statu uniuersalis ecclesiæ & etiā in l.cōdenda requiritur generalis derogatio seu mētio ut supra, & uide in materia secundæ dispositionis ad primam habentē clausulā derogatoriā doct.in prædictis locis & non quæ in additione ad Bar.in allegata l.fi.dicuntur.

SVPER REGVLA DE NON TOLlendo ius quæsitum per quancunq; commißionem.

XXXIX. Decis. SVMMARIVM.

Regula xvj. de non tollendo iure quæsito per quancunq; signaturam seu concessionem, procedit in commissionibus & gratijs lite cepta dūtaxat concessis.

EPITOME.

1 Regula de non tollendo ius quæsitum per quancunq; commissionem seu concessionem, intelligit quo ad impetrata & concessa lite cepta seu pendente, & non ante.

2 Litis & causa quādo dicatur cepta?

3 Ius an ita tolli dicatur per ea quæ conceduntur ante litem ceptam, sicut per ea quæ post? & nu.6.

4 Ratio limitat & restringit dispositionem ad eius limites.

5 Princeps quandoq; propter importunitatem vel præoccupatus aut circumuentus non concedenda concedit, ideo in dubio non est præsumendum quod noluerit alicui inferre iniuriam.

7 Verbum in causis in eadem regula simpliciter prolatum, an de præsentibus tantum vel de futuris intelligi debeat & supra nu.4.

DECISIO XXXIX.

QVod reg.de non tollendo ius quæsitum per quancunq; signaturā seu concessionem † intelligatur quo ad impetrata, aut concessa lite pendente aut cepta, & non ante fuit dictum in una Baion. decimarum coram domi. Io.Ant.de Triuultijs & aliam placēti nullitatis location.inter Car.

(margin: 1 beside "signaturā seu concessionem")

ter Car.Comen.& eius aduersariũ coram dño Paulo de Capisuchis 152 c.eo fundaměto,quia in probemio regulæ à quo mens deprebenditur l.fi.ff.de hære.inst.& Bal.in j.const. C. in.§.quibus dicitur ne per uarias quæ pro commißionibus seu mãdatis & declarationibus habendis in causis plerunq; fiunt suggestiones iustitia postponatur,quasi conditor respexerit ad ea quæ tantũ cõceduntur causa cepta.causa autẽ secundum
2 uarias expositiones est post litẽ inceptã nõ † cõtestatã uel post litis cõtestationẽ l.causam & lites iunct.gl.C.de transac. & aliâs dicitur lis cepta,& pendens ex quo pars scit causam cõmissam prosequi Mil.in uerb.lis est cepta ante notã litẽ & de lite & causa etiam in c.forus de uerbo.signific.sed aduertẽdũ
3 quòd inspecta ratione † potest dici,& æquius ut intelligatur etiã quo ad cõcessa etiã ante incohatã causam & litem, cum uerũ sit ita postponi iustitiã & tolli ius per ea quæ cõceduntur ante,sicut per ea quæ post litem,quod patet,quãdo deuenitur ad litem & ratio est generalis, ergo dicitur uenire omnis casus sub ratione cõprehensus l.fi. §. fi. ibi ea,nam initiũ
4 cõstitutionis generale est de iur.& fac.igno.nam ratio † limitat & restringit dispositionẽ ad eius limites l.cũ pater.§.dulcißimis.ff.deleg. ij. & considerata mente in ratione expressa apprehendit casum sub sententia uenientem ut est tex. melior quàm alius in corpore iuris in l.libertũ.§.senatusconsulti.ff.de rit.nup.quòd locum habet etiam in ratione cõiecturata dicit Abb.in c.fi.v.col.de iureiu.& ad uerbũ in causis q; poßit intelligi præsentibus uel futuris,quoniam cauti uiri timentes lites quæ redduntur in inuitos l.inter stipulantem.§.j.ff. de uer. oblig. aut proponentes experiri iudicialiter contra aliquem procurant facilius ante litis ingressum omnem gratiam iuxta uires qua mediãte poßint uincere uel se tueri,& sic eluere re-

gulam cõtra l.fi.prætor de iud.& l.fi.ff.quod ui aut clam. &
5 quandoq; † princeps per importunitatẽ concedit non concedenda aut præoccupatus uel circũuentus l.j.C.de petit. bo.lib. x.& c.ij.de cõcess.præb.in vj.& Fely.in c.olim de re iud.ideo edita est reg.iuri conformis ut in l.ij.§.merito.ff.ne quid in lo. pub.& l.cum auus.C.de eman.& c.super eo de offi. deleg. cũ simi.& propterea latius meretur interpretari uel exẽpli gratia expressum sit de concessionibus in causis & non restringatur in d.l.fi.in fi.& l.damni.la.ij.ff.de damn.infec.& princeps qui est lex animata in terris in auct.de cõsuli.§.fi.col.iiij. & ix.q.iij.ipsi sunt & summa iustitia non uidetur in dubio, nec est præsumendum quod aliquo casu uoluerit alicui sine remedio iniuriam inferre per ea quæ concedit,uel in regula non prospicere in omnẽ casum, quia non esset generalis respectu casuum cõtra c.erit aũt iiij.dist.pro hac interpretatione facit quia Leo addidit in hac regu. gratias seu literas apostolicas quarum plurimæ ante omnẽ litẽ emanant & tollũt ius quæsi-
6 tum,quo enim † ad tollendum ius quæsitum tertio,non refert lite pendente uel ante tollatur ex quo utroq; casu tollitur, & in utroq; succurrendũ ne iniuria fiat.unde si Papa interrogaretur sine dubio prouideret, & statueret etiam de præiudicio causato ante litẽ,ergo habeamus pro cauto l. tale pactum. §. fi.cũ gl. ff.de pac. ꝑ decisione tamẽ facit quia ratio generalis quæ in prohe.ponitur ne iustitia postponatur in eodẽ ꝓhemio ad cõcessa in causis cõcludi uidetur,ut extra casum præfatio
7 nis prouidisse nõ censeatur.Itẽ uerbum † in causis simpliciter prolatũ de præsentibus non de futuris debet intelligi arg. l. si ita.ff.de aur.& arg.lega.& cõtingẽs est ꝙ non semper cõstitutio ꝓuidet in omni casu nimirũ si Leo etiã addidit & quibus casibus non erit prouisum potest supplicari Papæ, prout

solet

ſolet fieri in ſignatura quòd quatenus tollatur ius quæſitũ co-gita, quia ex prædictis expediret omnino prouidere p͂ regu-lam, & per uerba clara etiam quo ad cõceſſa lite nõdũ cepta.

SVPER REGVLA DE SVR-rogandis collitigantibus.

XL. Deciſ. SVMMARIVM.

Ratificatio litis contra poſſeſſorem beneficij meo nomine agitatæ per non habentem mãda-tũ facta poſt obitũ poſſeſſoris, non prodeſt mihi ad beneficium reg. xxij. de ſurrogandis collitigã-tibus, nec nocet talis lis ordinario in prouiſione. Vel ſic, Lis introducta à non habente mandatũ ratificata poſt mortem collitigantis non proficit ratificãti, nec obeſt ordinario & defenditur hic ac coadiuuatur deciſ. j. de procur. in antiq.

EPITOME.

1 Surrogatio in iure defuncti quando lis eſt introducta per aſſertũ pro-curatorem, licet ratificata poſt mortẽ poſſeſſoris collitigãtis, poſt-quam tertio, fuit de beneficio prouiſum non prodeſt. nec locus; re-gulæ de ſurrogandis eo caſu exiſtit.

2 Geſta per aſſertum procuratorem poſt ſententiam. D. ratificare poteſt in ſui, & non tertij præiudicium.

3 Geſta per aſſertum procuratorem, an poſt concluſionem in cauſa rati-ficari poſsint?

4 Procuratores aſſerti indifferenter in curia obtinent decretum citatio nis ad partes, promittunt de ratihabitione ſub pœna cc. ducat.

5 Cõiuncta perſona ſine mandato etiam cum cautione de rato in bene-ficialibus, non admittitur pro coniuncto.

6 Commiſsionis forma quæ obtinetur cõtra aſſertos procuratores, qui decretum citationis obtinuerunt.

7 Lis introducta per aſſertum procuratorem ratificata poſt mortem nõ impedit ordinarium.

DECISIO XL.

INtroducta erat lis in palatio nomine abſentis per aſſertũ

procuratorem contra Bonificium possessorem super benefi-cio, ante ratificationẽ possessor obijt, absens ratã habuit litẽ post obitũ obtinens se subrogari, postquã tertiò fuerat pro-uisum de beneficio, & uolebat excludere prouisum beneficio regulæ de surrogandis collitigantibus, ex quo surrogatio erat infra mensem à die prouisionis tertij, fuit conclusum de mẽse
1 *Iunij 1521. in una corã* † *do. Nicolao de Aretio Hyporegien. parrochialis quòd non poterat, quia lis talis debebat ratifica ri ante obitum, cum non liceat postea ad inducendum litem re tro in præiudiciũ tertij ad effectũ d. regu. p cõclusione facit*
2 *opt. decisi. j. Rot. de pcura. in antiq. uolens quòd* † *gesta per non procuratorem potest dñs ratificare post sententiã in sui præiudiciũ nõ tertij, & quod ita intelligitur l. licet. ff. de iudi. cum ibi not. ex eo quod ante sententiam est incertum utrum processus sit in fauorẽ ratificantis uel dannũ, dubius est enim litis euentus l. quòd debetur. ff. de pecul. & esset in potestate domini dolosè ratificare aut omittere ratificationẽ & uagari cum dispendio partis, & contra æqualitatem quæ in iudicijs seruari debet l. fi. C. de fru. & litis expen. c. ij. de mut. peti. c. cũ inter excep. & est in uiridi obseruantia dicta decisio nõ obst. quòd Fely. in c. causam cle. j. de iud. pen. & ulti. col. post addu-ctas opiniones uarias cõmuniorem opinionẽ dicat esse cõtra Rot. à qua nullo modo recedendũ in consulendo & iudicãdo, sed facit pro ea alia decisio x. eo. tit. in antiq. in fortiori quòd*
3 *post cõclusionẽ in causa non* † *possunt ratificari, nisi in præ-iudiciũ ratificãtis gesta per non procuratorẽ. Itẽ ultra ibidem deducta pro ea per Fely. referentẽ facit, quia in curia admit-*
4 *tuntur saltẽ famosi, & quãdoq; nõ famosi procuratores* † *ad obtinendũ decretũ citationis pro aliquo sine mãdato, & quã-uis sub pœna ducẽtorũ ducatorũ promittant de ratihabitione*

infra

infra duos menses,raro tamen exigitur pœna & dato quòd poßit exigi non debet esse in facultate domini posse differre ratihabitionem,& expectare sententiam uel mortẽ aduersarij,& tunc deliberare,an magis expediat ratum habere cum solutione pœnæ,si esset qui exigeret uel non,stilus ergo curiæ
5 relaxans in hoc iuris habenas,cũ † in beneficialibus non admittantur etiã coniuncta persona sine mandato cum cautione de rato Rot.vj.in no.de procur. & Abb.in c.coram de offic. deleg. & c.accedens de præb.coadiuuat decisionẽ,ut hæc pars quòd post sentẽtiã in præiudiciũ tertij nequeat lis huiusmodi rata haberi amplecti debuerit, & si alia pars esset uerior, tũc quia in uno releuatur,quia sine mãdato in hoc patiatur l. eũ qui.ff.de iureiur.in prin.& maximè debuit amplecti,quia secũdũ Cald.ita fuit obtẽtũ in curia etiã si soleat haberi com-
6 mißio,† quod nisi in termino præfigẽdo de ratihabitione aut mãdato doceatur,pronũcietur nullã iurisdictionẽ iudici datã, nec litem introductã cum cõdemnatione expensarum contra assertum procurat.etiam quo ad pœnam quandoq;, quoniam huiusmodi remedium non fit à multis,nec quãdo procurator est in tẽpore semper cum contingens sit mors citati ante sententiam uigore cõmißionis ferendam. Iten sententia ante talẽ commißionem,& ex his tollitur ratio tenentium cõtra Rot. quia non fuit in potestate citati impedire cursum litis,nisi ut supra imo si casus iste occurreret,res dubia esset propter tot discrepantias ut Fely.refert in d.c.causam quæ unde Rot.ex præmißis non sine ratione pártem decisionis sequi potuit à qua etiam in iudicando non discedimus l.minime.ff.de legi.
7 idem ut eiusmodi lis † post obitum ratificata non impediat ordinarium prouidere,qui stante bona lite haberet manus ligatas c.j.& ij.ut lit.pendẽ.in vj.cle.j.eod.titu.nam sic posset

præiudicari ordinarijs, & non uidetur esse actor in tali lite ante ratihabitionem.ergo nec lis considerabilis nec præiudicialis tertio c.forus de uerborum significatione.

De Vnionibus.

Primæ Decis. SVMMARIVM.

Vnio apostolica ex falsa causa est ipso iure nulla,sed ordinaria annullāda probata falsitate.

EPITOME.

1 Vnio apostolica ex falsa causa,an sit ipso iure nulla?
2 Vnio facta ab ordinario est annullanda.

DECISIO PRIMA.

1 VNIO *ex falsa causa an sit ipso iure† nulla decisiones uariæ sunt.nam* Rot.viij.& xij.de re.eccl.non alic.in antiq.& Bisignet. *secūda in antiq.& prima de exce.prælat.in no.uoluit ualere,sed debere annullari probata falsitate causæ,*Egid.*uerò decis.dcxviij.in fi.uidetur sentire idem in ordinaria,secus in ea quæ fit per rescriptū,& sic in apostolica in qua subintelligitur clausula,si ita est ad ualiditatem c.ij.de rescrip.&* Car.*item ꝙ* Egid.*in apost.consil.xcvj.*Meo
2 *tempore palatiū† tenuit apostolicā ipso iure nullā,factā autē ab ordinario annullādā,*Milis *in reperto.in uerbo unio facta ex falsa causa refert nouos tunc auditores tenuisse,ꝙ facta ex falsa causa esset ipso iure nulla,sed ꝙ antiqui auditores tenuerūt cōtrariū,& cōsiderat plures casus diuersos ꝓ concordia, uide ibi &* Fely.*etiā referētē uarias opin.& casus in materia in c.postulasti vj.col.uers.pōt etiā inferri.de rescrip.& pondera omnia,quia nō audiui* Rotam *disputantē cū distinctione casuum,*

casuum, & sub distinctione an motu proprio uel ad suplicationem partis fuisset facta unio, uel an in ea esset uel non seruata forma iuris, uel si erat expressa falsitas ex necessitate ecclesiæ quæ nō subesset, & sic de alijs diuersitatibus, de quibus ibi sed simpliciter respōdisse, quòd si eramus in apostolica expressio falsitatis uitiabat ipso iure non sic in ordinaria.

II. Decis. SVMMARIVM.

Per dissolutionem vnionis factæ de beneficio ad vitam T. seu quandiu beneficium obtinuerat, non vacat beneficium, sed modo quo prius. Vel sic, Vnio ad tempus non est prouisio de beneficio & titulo quæ tollit reseruationem & affectionem, nec extinguit titulum, bene autem extinguit perpetua & tollit omnia vincula, & vide de natura & effectu vnionis tēporalis. Item commendæ & in quibus fraternizant, & à perpetua distant.

EPITOME.

1 Vnione dissoluta per obitum, an beneficium sic vacante reseruatum aut affectum remaneat?
2 Vnio perpetua extinguit, temporalis autem facit cessare titulum ea durante.
3 Delegatus simpliciter subdelegans perdit iurisdictionem si subdelegās vtatur iurisdictione, secus si donec duxerit reuocandam, quia tunc tantum suspendit.
4 Reseruatio per cōmendā non expirat, quia vacat eo modo quo prius.
5 Electio de beneficio vacanti per cessationem commendæ non tenet.
6 Vnio temporalis non facit prælatum in vnito.
7 Cancellaria est organum Papæ.
8 Cōmendæ & vniones ad vitam palliatæ dispensationes dicuntur, & in eis apponit̃ clausula, qđ possit de fructibus interim disponere &c.
9 Reseruatio & affectio nō inducitur, nisi in casibus expressis qa odiosę.
10 Vniri potest beneficium nondum vacans.
11 Affectio quando inducatur, & quando reseruatio afficiat sine decreto vide remissiuè.
12 Commendatum beneficiū alicui ad vitā, licet obtinens moriatur extra

curiam, tamen prouidetur vt de vacanti in curia.

13 Commenda est canonicus titulus beneficij ad impediendam impetratione deuolutionē, non tñ ad euacuādā affectionē vel reseruationē.

14 Clausula in literis vnionum apponi solita, quòd per dissolutionem vacare censeantur ad quàm vacationem referatur?

15 Possessio vera an transferatur per actum fictum?

16 Fictio habetur quo ad iuris effectum pro veritate, & tantum operatur in suo casu quantum veritas.

17 Literis Papæ standum est si mandat conferri beneficiū ob certum crimen, licet vacatio nō inducatur ipso iure ob huiusmodi crimen.

DECISIO II.

Facta erat unio ad uitam à Papa de beneficio in eius manibus resignato, in qua dicebat quòd cadente uel decedente T. in cuius fauorem fiebat ad pristinum statum reuerteretur cum clausula, q̄ per dissolutionē unionis beneficium unitū uacare censeretur, fuit dubitatum corā do. H. de Spina in una Geben. parrochialis de Orchia inter Petrū Lamberti abbre-
1 *uiatorem de maiori & Io. de Costa. 1521. an † dissoluta unione per obitum remaneret reseruatio c. ij. de præbend. in vj. seu aliàs affectio, ita quòd solus Papa posset prouidere, uel sublata esset omnis reseruatio et affectio, & uacaret per dissolutionem taliter, q̄ ordinarius potuisset disponere, & post plures disputationes Rota p̄ maiori parte, sicut aliàs in duabus causis sunt anni circiter xv. scilicet in una Rodon. parrochialis sancti Clerij et alia, ita in ista tenuit solū Papā prouidere potuisse, & durare uinculum antea causatum. primò quia unio perpetua est extinctiua tituli tollēs omnia uincula sicut mors omnia soluens in auct. de nup. §. deinceps. col. iiij. non temporalis quæ solum facit interea cessare ti. secundum Ioā. de Lig. & communiter doct. in cle. fi. de rescrip. ubi Imo. quo ti. durante remanet reseruatio quæ sicut affectio semper durat, donec prouideatur per Papā Rot. de præben. xiij. & xiiij. in antiq. & xj. in no. Cald. c. x. eo. ti. ad hoc quia doc. in d. cle. dicunt*

in temporali quando dissoluitur non dari nouum beneficium, sed idem quod prius erat, in perpetua uerò nouum omnino titulum, ergo non fuit extinctus, sed dormiuit quodammodo & sublato impedimento unionis suscitatur idem, quasi durauerit eadem forma & species l. proponebatur. ff. de iudi. non enim extinguitur ti. qui pro tempore durãtis unionis occultatur suspendiq; uidetur, pro quo Bal. in c. cum accessent de consti. v. col. q. quando pristina facies non immutatur, nec natura cõiunguntur tempora essentiæ, & interim dicitur potius dormisse quam expirasse & seq. col. ibi porrò nõ dicitur omnino extincta, quando superest aliqua species iudicium habitus uel memoria in codicibus ecclesiæ non cancellatis, nec q. pendet & est ad tempus occultatum, sicut somnus interficit hominẽ dum quiescit allegat l. sicut. C. de præscrip. lon. & l. peculium §. si opem. ff. de pecul. & quia in temporali apponitur clausula quandiu uixerit &c. ad tempus & sine extinctione à simili de delegato subdelegante uices suas, qui si simpliciter extinguit & perdit iurisdictionẽ, si subdelegatus iurisdictione usus fuerit, si donec duxerit reuocãdam suspendit c. quãuis c. si delegatus de offi. deleg. in vj. si idem ergo cum eisdẽ qualitatibus, quia in nouo cũ nouis. Non ob. Bisignet prima in antiquioribus de præbẽ et vij. de elect. in anti. q. in casu decisioni dicatur perpetua tollens & extinguens, quia in alia decisione quæ incipit, cõmendauerat, ostendo contrarium, ubi uide, quia confert ad istã, accedit clausula illa q. in pristinũ statum reuertatur cum restitutio sit repositio in primæuum statũ l. q. si minor. §. restitutio. ff. de mino. & de omnibus iuribus intelligitur l. j. & l. fi. C. de sen. pas. ita & rediens ab hostibus omnia iura recuperat l. in omnibus l. postliminiũ. ff. de cap. & postli. reuer. Non ob. q. Pe. de Perus. inquit in tractatu unionis. vij. q.

cum seq. quòd referentur dicta in pristinū &c. ut sit electiuum præsentatiuū aut collatiuum prout erat, an quasi relatio fiat ad qualitates beneficij nō ad modū uacationis, quia nō negat quin etiā ad reseruationis uinculū, aliâs nō esset plena restitutio sicut esse debet, neq; indefinita clausulæ prædictæ æquipolleret uniuersali cōtra l. si pluribus dele. ij. et l. iulianus. ff. de leg. iij. et c. solite de maio. & ob. circa fi. et ex his tollitur q̃ dicebatur restitutionē nō respicere qualitatē extrinsecā & accidentalē modi uacandi, sed naturalē statum ecclesiæ, sed non est opus q̃ restitutio id operetur, si per unionē nō est sublata reseruatio. Facit etiā ad prædicta optime Bisignet. in sim. dicta
4 decisione prima de præbē. q̃ reseruatio non † expirat per cōmendā quā facit Papa, ergo nec per unionē coadiuuatur decisio, quia quando Papa dat administrationē seu uisitatorē ecclesiæ cathedrali, uidetur ad se prouisionē reuocare, adeo q̃ si
5 postea canonici † ignoranter eligunt, nō tenet electio glo. est in c. is cui de elec. in vj. referēs Cōpo. dicentē ita fuisse pronūciatum in curia, licet non bene dicat iure probari. Per unionē
6 autē † temporalē non facit Papa prælatū in unito, nō puidet de eo in ti. nec uidetur extinguere, si uerba unionis inspiciantur, dicamus igitur quòd dederit in administrationē cum potestate percipiendi & utendi fructibus, & hoc fundamento gl. innititur Lud. Ro. in cōs. cccl. in cōmēda in qua etiā datur uacatio modo quo prius non per cessationē cōmendæ secundum Fede. de Sen. in tract. de rer. permut. q. xv. prout etiā cancella-
7 ria quæ est organū † Papæ exprimit in literis qcquid referēdo opiniones dicāt Pauin. in iij. q. in ij. parte prin. de potesta. cap. sed. uacan. & Mil. in uer. beneficia commendata & licet arg. à sim. sileat data dißimilitudine & simile nō sit idem gl. l. quòd nerua. ff. deposi. tamē satis est quòd sit similitudo in eo

ad quòd

ad quod sit comparatio c.cum dilecta de confir.util.uel inutil. nec sufficit ad destruẽdum adducere dissimilitudinem in genere dicit Abb.in c.translato de constit.nam secũdum Bald.in l. curatores.C.de neg.gest.simile dicitur quod ut plurimũ habet conuenientiã,licet in aliquo habeat differentiam,& satis est quod in his in quibus cõueniunt dicãtur similia, ut colligitur ex his etiã quæ Fely.refert in c.capitulũ de rescrip.col.ij.motiua uero Lud.in proposito multum seruiunt & ultra ea quæ
8 ibi uideas,fraternizant cõmenda & unio † ad tẽpus,quia dicuntur palliatæ dispensationes c.dudũ ij.de elect.iũct.consi. Gemi.quod solet allegari.xxxviij.& Rot.j.in antiq.de cõcess. præben.pertinẽter purificat quod nõ detur uacatio per cessationem cõmẽdæ,nec per dissolutionem unionis.Item in utraq; gratia apponitur clausula q; faciat fructus suos,quæ nõ cadit in perpetua unione,nec in ꝓuisione beneficij in ti.cũ fructus sequãtur titularem c.fi.de offi.ordi.in vj.cum ibi not.& decis. ti.de exce.præla.in no.cum sim. quod unitũ efficiatur mẽbrũ & transeat in tẽporalitatẽ,loquitur in perpetua non in temporali,& sic facit magis pro conclus.Ad illud quod reserua-
9 tio † & affectio ut odiosa nunquã inducuntur,nisi in expressis quia præiudicant ordinariæ potestati pro qua in dubio ad glos.in c.præsenti de offi.leg.in vj.dicendũ ex præmissis probari inductam,& dato dubio articulo quod hæc pars est magis iuridica & secura.nec contradicit q; ad esse unionis nõ sit
10 necesse,q; detur uacatio beneficij cũ † nõ uacans possit uniri c.cõsultationibus de dona.& not.per doct.in c.sicut unire de exce.præla.quia sumus in casu uacationis per cessionẽ.Itẽ sufficit sine eo fundamento d.glo.in d.c.is cui pro qua etiã facit, quia appositio manus Papæ afficit ad c.ut nostrũ de appell.c. inter dilectos de exce.præla.& ibi doct.non tamen quælibet alia

alia ab ista in qua non cadit prouisio ut supra,ne admittamus quod omne beneficium de quo Papa prouideret esset affectũ

11 de quo quando † afficiat per Inno.Card.& Abb.in d.c.inter dilectos Anchar.cõsi.lviij.Egid.xxxiiij.col.iij.& quãdo reseruatio sine decreto,quia post notificationẽ afficit non ante per Ioan.And.Anchar.Domi.& Phil.c.si eo tempore de elect.in vj.accedit quod Collect.in cõmenda refert in ca.si constiterit de accus.in ult.q.curiã amplecti hanc sententiam ꝙ beneficiũ

12 commendatũ † alicui ad uitam uacat in curia, licet moriatur extra curiam,& curia prouidebit non ordinarius,quãuis subijciat æquius esse ut per cõmendã expiraret cum habeat uim prouisionis,ꝙ non est uerum ut in deductis per Lud.d.consil. cum alijs & per eundem Collect.pro obseruantia curiæ dum dixit ꝙ commenda non est perfecta prouisio,& ordinatur ut plenior fiat.sicut unio alia est motiua ibi cõferunt ad decis.nõ ergo recedendũ à tam antiqua & continuata interpretatione

13 curiæ usq; ad tẽpora nostra l.minime.ff.de legi.† cõmẽda aũt dicitur titulus canonicus Arch.post glo.in c.nemo de elect.in vj.Fed.de Se.d.q.xv.Mil.in uer.cõmẽda an sit titulus & unio? Idẽ & plenificãtur beneficia non quod de eis sit plene prouisum nec in ti.beneficij ut euacuẽt reseruationẽ & affectionẽ, sed ad impediendũ impetrationẽ & deuolutionẽ ut in d.gloss.

14 d.c.nemo.& d.decis.j.de conces.præben.cum si.† Non ob.ꝙ uacare censeatur ꝑ dissolutionẽ,quia intelligitur propter dissolutionẽ ad quod Bal.in rubrica de exerci.acti.facit l.per retentionem. C. de usur.& 50.di.ut constitueretur iuncta glos. cum si.data enim dissolutione uerũ est aperiri uiam uacationi quæ fuit causata per resignationem,& aliàs quomodocunque fuisset nõ erat aperta facultas ad impetrandã antea,uel referatur ad uacationẽ impropriè sumptam & facti cùm de iure uacet,

uacet, ut prius prout in sim. in c. auditis cum glo. in uer. cassatam de elec. c. accedens .j. iunct. glo. pe. ut lit. non contesta. ca. ex parte A. de testi. ubi uerba cassamus & cassata referuntur ad impropriã cassationẽ & ad actũ nullitatis ita & in c. si quis presbyterorum c. ad audientiã de reb. eccle. non alie. Abb. post glos. colligit nullitatẽ cõtractus referri ad factũ, & hac uia defendere ista nõ sunt impropriare literam nec diuinare, cùm sit necessaria talis interpretatio pro concordia l. unica. C. de inoff. dot. c. cum expediat de elec. in vj. & ne uideatur sibi cõtradicere Papa quod in pristinũ statũ reuertatur & per dissolutionẽ uacet l. nõ ad ea. ff. de cõdi. & demon. Quod fortius urget cõtra deci. est uerbũ censeatur uacare, quod cum sit impropriatiuũ uidetur inducere uacationẽ iuris non facti, sicut
15 *per actũ fictum trãsfertur uera † possessio iuris l. q. meo, cũ ibi nota. & in l. j. §. si uir uxori per doct. ff. de acqui. possess. & colligitur ex diffinitione fictionis per Barto. in l. si is qui pro emptore. ff. de usuc. in prin. cũ materia & ex regula de publicanda resignatione & alia de infirmo resignãte & infra xx. dies ex eadẽ infirmitate decedente, q. per obitũ non per signationẽ uacare censeantur, quibus inducitur uacatio de iure per*
16 *obitũ, licet uere uacaret per cessionẽ cũ fictio † habeatur pro ueritate quo ad iuris effectũ, et tãtũ operetur in suo casu quãtum ueritas Bar. in. l. j. §. hoc autẽ senatus ad Sena. Sille. l. si ex pluribus. ff. de acceptila. Itẽ obst. q. esto sine ueri praeiudicio q. aliter quã per dissolutionem uacaret & uacatio duraret usq;*
17 *ad dissolutionẽ, si Papa dicit † uacare beneficiũ ob certũ crimen, & mandat illud conferri, quãuis huiusmodi crimen non inducat uacationem ipso iure, stãdum est literis Papae ad hoc Ancha. cõsi. ccxciij. & Fely. in c. ij. col. iij. de rescip. quia scienter scribẽs cõtra ius uidetur remouere obstacula & disponere*

l. idem

l.idem, Vlpianus de excu.tut.l. quidam consulebant. ff. de re iud.quod idem Felyn.in c.à nobis de testi.intelligit procedere in dubio iuris facit quod Pau.de Cast.in l.hæredes palam.§.si quid aliâs sed & si notā.ff.de testa.stemus ergo uerbis Papæ uolentis,quod per dissolutionem uacet de iure cum cancellaria non utatur superfluis & loquatur aperte,sed neutrum ob intelligendo per idest propter.Secundò ꝙ omnis interpretatio uel relatio ad factum etiam in uerbo ficto, conueniat potius quā sine solido fundamento contra tot motiua aliquid firmare, ut in iuribus in sim. adductis maximè, quia si durat uacatio per resignationē,quis dicet Papam uelle,quod sileat illa uacatio inducta aliâs pro parte contraria,oporteret cōcludere per unionem temporalem extingui omnino titulū ad tempus sicut in perpetua arg.l.quæ de tota.ff.de rei uend. & fieri prouisionem perfectam & plenam de beneficio quod de iure non probatur l.illam. C.de colla. Tertiò occurit quod hoc admisso adhuc staret decisio, quia si Papa non obstan. prima uacatione per cessionē quæ durabat,uoluisset quod uacaret per dissolutionem non propterea esset extincta reseruatio nec affectio causata ut supra, quæ per prouisionem tantum tollūtur ut est ostensum nō per uacationes duas aut plures.si darentur,ut in adductis per Calde.d. cōsilio x.Et tenēdo hunc sensum cessarent obiecta multa, & reducerentur ad concordiam opiniones quæ in Rota & Parco & quondam & hodie fuerunt uariæ, licet ubique maior pars obtinuerit in magna uarietate,tamen pro ista decisione de triplici unione pro terminis maximè uideatur glo.in cap.j.ne sede uacā. ubi Abb. per hoc considerat quinque modos & Rot.ponit tres de reb.eccle.non alie.xiij.in antiq.& unum declarat Oldra. consilio ccxcvj.

Primæ

De Pensionibus.

Primæ .Decis. SVMMARIVM.

Habēti regressum seu accessum ad beneficiū non nocet reseruatio pensionis absque consensu eius facta.

EPITOME.

1 Pensionis reseruatio super fructibus beneficij facta non tenet in præiudicium illius, qui habebat indultum regrediendi seu accedendi.
2 Pensionis impositio ex certa scientia Papæ habita mentione de regressu valet.

DECISIO PRIMA.



VOD *reseruatio pensionis super fructibus beneficij ad quod T. habebat regressum*
1 *seu accessum sine eius † consensu facta non teneat in eius præiudicium. Fuit conclusum pro conclusione conferunt fundamenta deducta latè in alia decisione quòd non ualet reseruatio secundæ pensionis tacito de prima. & ibi uideas incipit, conclusum est in una Cremonē. ad idē tex. in l. si ex duobus. §. sed et Marcellus. ff. de indi. adiec. per quē in simili etiā infertur quod à principio non sit nulla, neq; ex post facto, sed tunc demum quādo accessui locus existat, & sic quādo præiudicaretur habēti regressū uel accessū, & nō aliter aut q ab habente regressū non sit exigibilis, q an sit uerum pendet ab his quæ in allegata decis. cōsidero, nūquid ab initio hic sicut ibi, detur nullitas uel sint casus diuersi ut prima facie uidetur, quasi limitata causa impedimēti cesset & limitatū pducat effectū l. in agris. ff. de acqui. rer. domi. de quo tamen ibi & considerandum, conclusio*
2 *autem procedit nisi Papa † ex certa scientia habita mentione de regressu reseruaret, quoniam potest & est plene dominus ut not.*

ut no.doct.in c.ad audientiam el.ij.de rescrip. & in c. quæ in ecclesiarũ de constit.& est optimus tex.in cle.j.in fi.ut lit.pẽ.

II. Decis. SVMMARIVM.

Consentiens per se reseruationi pensionis sub solitis censuris & pœnis &c.incurrit pœnas excommunicationis & priuationis,si in tempore non solueret absq; aliqua intimatione literarum,secus si per alium.

EPITOME.

1 Intimatio literarũ non est necessaria ei qui præsens reseruationi pensionibus consensit,secus si per alium.& nu.13.

2 Pensionem non soluens incurrit pœnam priuationis lapso septimo mẽse à die termini solutionis computandum.

3 Executor in expectatiua à literis & fulminatione processus potestatem recipit.

4 Excommunicationis pœna indubitatam notitiam,ac personalem intimationem exigit,& quòd sententia feratur in scriptis.?

5 Pensio an posſit exigi,et obtinens beneficiũ cogi ad soluendũ absq; eo,quòd literæ sint desuper expeditæ?& 12.

6 Priuationis & excommunicationis pœna absq; expeditione & intimatione literarũ,an incurrat nõ soluẽs in tẽpore si præsens cõsensit?

7 Extrauagans nota non est necesse vt producatur.

8 Citatio in notorijs non est necessaria,& ea etiam notoria dicuntur quæ sunt in frequenti usu.

9 Citatio & monitio quando est tempus etiã à lege statutum non est necessaria,quia dies interpellat & pœna in facto negatiuo sufficit pro monitione.

10 Supplicatio sola probat & perficit gratiam.

11 Excommunicationis sententia est nulla,si feratur sine scriptis, sine monitione,& causæ cognitione,de consuetudine tamen induci potest vt sine scriptis feratur.

14 Intimatio literarum an sit necessaria, quando agitur ad solutionem pensionis?

DECISIO II.

QVæsiui in una Vladisladien. cano. & præben.quã proposui dominis de mense Aprilis 1521.an accessus ob non solutionẽ pensionis posset canonizari,attẽto quòd

q̃ literæ reseruationis pẽsionis xvj.ducato.nõ erãt expeditæ et sic nec intimatæ ante incursum prætensũ quãuis Io.personaliter cõsensisset solutioni fiendæ in tali festo & tali tẽpore, et licet pluries fuisset obseruatũ,q̃ non sit necessaria intimatio li-
1 terarũ † ei,qui per se consenserat, cùm sit certus & amplius certificari nõ debeat c.eum qui certus de reg.iur.in vj. tamen pro dubitatione deducebã,q̃ in supplicationibus ut plurimum terminus & locus solutionis referuntur ad expeditionẽ literarum ,ut in clausula,in locis,& terminis in literis uel in cancellaria exprimẽdis.Itẽ excõicatio quæ incurritur si nõ fiat solutio infra mensem à die termini cõputandũ, debet præcedere
2 priuationẽ beneficij cum pœna priuationis † non incurratur nisi cesset solutio per sex menses post lapsum dicti mẽsis.unde sine literis non uidentur tales pœnæ in esse productæ & sunt informes in supplicatione cũ à literis & earum fulminatione
3 formã recipiãt ac producãtur ad esse sicut executor † uigore expectatiuæ à literis et fulminatiõe recipit potestatẽ ut de his
4 Rot.xvij.in no.de cõces.præb.& qa pœna † excõicationis exigit indubitatã notitiã ac p̃sonalẽ intimationẽ secũdũ Inn.qui ad hoc allegatur in c.fi.de eo q mit.in pos.causa rei ser.et Lu. Ro.cõsi.cccclxxxij.& facit glo.in c.qui ad agendum de proc. in vj.& ex eo quod ligat animã ut patet & dicit Abb.in c.P. & G.de offi.deleg.ideo in rẽ inanimatã nõ intelligitur c.Romana.§.uniuersitatẽ de sent.excõ. in vj. requiritur intimatio, quæ cõstituat in cõtumacia.sine qua excommunicatio nõ intelligitur ab homine xj.q.iij.Episcopi cum ibi not. Abb. in c. j.de iud.colum.iij.& in ea citatio causæ cognitio & sententia in scriptis requirũtur c.sacro in anti.& c.j.de sen.excõ.in vj. & gl.in c.j.de cen.eo.lib.& cum ista in supplicatione nõ sint expressa, præcipuè quando in ea locus & terminus non ex-

 plican

plicantur, sed ueniunt explicanda in expeditione literarũ uidentur necessariæ literæ ad quas habetur relatio l.asse toto.ff. de hær.insti.& earum intimatio facit, quia Papa apponẽdo pœnas in clausula sub censuris, & pœnis in cancellaria exprimen.& c.respicit ad stilũ qui est ut expediãtur desuper literæ quæ dãt formã et fulminãt censuras ac pœnas si infra mẽsem & successiuè si infra sex mẽses solutio nõ fiat aliâs ex nota notarij recipientis cõsensum & clausula supplicationis sub quadã incertitudine resultaret sentẽtia excõicationis,& pœna priuationis,& dato quod sit certus in eo quod per se cõ-
5 sensit,dicebãt duo dñi ꝓcedere et operari,ut poßit † cogi ad soluendũ absq; eo ꝙ literæ sint expeditæ,facit qa in pœnis etiã leuis causa excusat & à dolo etiã bestialis l.igitur.§.põt.ff.de lib.causa c.cum uenerabilis iũct.gl.de cõsue. Sed his nõ obstã.
6 maior pars tenuit † locum esse priuationi inspecto consensu personali & certitudine,& quia ita fuerat iudicatum & talem interpretationem receperat personalis cõsensus l.minime. ff.de legi.& qa notoriũ est in curia,ꝙ sub prædicta clausula nõ facta alia expreßione pœnæ in literis,ponũtur,ut est dictũ ergo non licet ignorare,nec est opus aliter auribus cõsentientis per se inculcare C.de post.præla.facit c.bone el.j.de elec.c. ad nostrã iij.de iureiur.& l.ea quidẽ. C.de accu. ubi de notorio ꝙ releuat ab onere ꝓbandi gl. in cle.appellãti de appe.& Abb.in c.ut debitus eo.ti.sicut dicitur de extrauagãti, quãdo
7 est nota † ꝙ non est necessaria productio Fely.in c.j.de re iudi. ubi plura ad hoc col.vij.& satis est ꝙ proponatur prout ꝓponitur,quia pars citatur ad uidendũ declarari se incurrisse pœnas et canonizari acceßũ,ad ea quæ late Fel.cumulat in c.Rodulphus in uer.sed declarata et ibi.Citatur etiã pars de rescri. Abb.in c.reprehẽsibilis de appe.quod non requiritur alia monitio

8 nitio in † notorijs, & quia est in frequẽti usu & notoria habetur pro expresso l. quod si nolit. §. quia aßidua. ff. de edil. edic. l. fi. C. de fideiuss. & Bar. in l. de quibus in repet. ij. q. princ.
9 col. vij. Itẽ quia dies † & lex uiua interpellãt l. magnam. C. de cõtrahẽ. & cõmit. stipul. quia etiã in pœna apposita facto negatiuo sufficit ꝑ monitione, tẽpus etiã à lge statutũ prout hic est à principe & ex cõsensu partis ut Abb. in c. extirpãdæ. §. qui uerò de præbẽ. in repet. v. & vj. col. & in lec. col. ult. Itẽ si requireretur intimatio nõ magis operaretur cõsentire per se quã ꝑ procuratorẽ, & quia nisi adiuuarẽtur pẽsiones in hoc casu & alijs ut in clausula, quæ ponitur in cõmißionibus causarũ sine retardatione solutionis pẽsionis, plures lites succederẽt & solutiones differrẽtur. Præterea Papa in supplicatione imponit pœnas et fulminat de cõsensu partiũ, nec sine scriptis
10 facit. sola † enim supplicatio ꝓbat & ꝑficit gratiã gl. in prohem. vj. & ibi docto. & Abb. post Calde. in c. in nostra de re-
11 scri. Neq; est nulla excõicatio † quæ fertur sine scriptura ut dicit gl. Domi. & Phil. Frãc. in d. c. j. licet locũ habeãt pœnæ de qbus ibi & in. d. c. sacro & de cõsuetudine induci põt ut feratur sine scriptis secũdũ Egid. decis. ccliiij. cccxxxix. nã etiã tenet lata sine monitione & causæ cognitione ac nõ seruata forma inqt Abb. c. cõquest. in prin. c. qua frõte iiij. col. c. reprehẽsibilis pẽ. col. post gl. ij. & c. ad audiẽtiã in fi. de appel. Itẽ non
12 est uerũ ꝙ cõsentiens † ꝑ se sine literis cogi poßit ad solutionem, quoniã iudex sine literis non declarat incurrisse, maximè data regula quod nõ iudicetur iuxta tenorẽ supplicationũ, sed literarũ desuper expeditarũ, & quo ad hoc posset dici nõ habere formam, nec productionem non quo ad incursum & ueritatem. Ideo dñi noluerũt ꝙ canonizarẽ accessum, nisi productis literis pensionis, in quibus de pœna & forma ac alijs

non curantes, q̃ post motam litem & incursum & non antea essent expeditæ, & ita tandẽ pronũciaui etiã in una alia Cauarien. & alia Nouariẽ. corã me pendẽ. de mense Iunij, postea in
13 *similibus iudicaui. Quãdo uerò † cõsentit quis per aliũ requiritur intimatio, ex quo cadit probabilis ignorantia de forma supplicationis & cõtentarũ in ea. l. fi. ff. pro suo & c. ab excõmunicato de rescrip. ita obseruat palatiũ, nisi aliunde probaretur scientia principalis, & ita in pluribus causis fuit dictũ & nouißimè in una Rechanatẽ. prioratus & hoc quia requiritur indubitata notitia & sciẽtia not. in si. in c. concertationi de appel. in vj. & noto in decisio. incipi. Nõ ualet collatio. In*
14 *timatio † uerò literarũ nõ requiritur quãdo agitur solum ad solutionẽ pensionis, prout annotaui super cõclusione facta in signatura iustitiæ, q̃ in cõmißione aut monitorio super solutione pẽsionis nõ est ponẽda clausula cõstito de literarũ intimatione, & incipit, ꝓposui etiã, & hãc cõclusionẽ intellige sane ut incurratur pœna creditore uolẽte & declarãte secundum terminos alterius decisionis incip. Apertißimi iuris est & duarum sequentium post eam & c. de loc. & condi. deci. ij.*

III. Decis. SVMMARIVM.

Reseruatio pensionis super fructibus beneficij alia pensione onerati non valet etiam motu proprio facta, si de prima mentio facta non sit.

EPITOME.

1 Pensio imposita super fructibus beneficij alia pensione grauati etiam motu proprio non valet, nisi de prima pensione mentio habeatur.
2 Papã in dubio nõ præsumitur onerare velle beneficiũ duplici onere.
3 Priuilegium principis super nouo pedagio non valet, si pedagijs in eodem loco impositis mentio non fiat?
4 Motus proprius quid operetur in gratia?
5 Pensio imposita super fructibus beneficij alia pensione grauati, an sit nulla vel annullanda?

Collatio

6 Collatio beneficiorum computatur inter fructus.
7 Beneficium obtinens si soluat vtranq; pensionem, an sibi & ecclesiæ præiudicet?

DECISIO III.

1 PEnsio quæ reseruatur super fructibus beneficij † alia pẽsione grauati non ualet, si de ea mentionem non faciat, ita in una Cremonen. coram domi. Pau. de Capisuchis fuit firmatum, pro conclusione facit, quia sicut Papa in dubio non uidetur grauare eundem collatorem, seu eandem ecclesiam super admißione duorum c. mandatum de rescrip. Ita nec one-
2 rare beneficiũ † seu eius redditus duplici onere, nisi appareret
3 quod uoluisset c. duobus in fi. eo. tit. in vj. † Item priuilegium principis super nouo pedagio non ualet, quando sic tacitum quod in eo loco erant alia pedagia, cũ sit quasi certa præsumptio quod princeps de tali grauamine certificatus id non cõcesisset: & istud uiciat priuilegia & rescripta c. super literis. §. si uero c. postulasti eo. tit. Ita dicit Ioã. And. in addi. ad Spec. in titu. de causa pós. & propri. §. quia uero in uers. super quibusdam & Oldra. consi. xxij. nam si princeps sciuisset nouum grauamen non induxisset, ideo subreptitia est gratia, nec uale-
4 ret etiam si motu proprio † facta esset c. si motu proprio de præben. in vj. cle. si romanus eo. ti. quia si defenderetur à subreptione quam solã excludit proprius motus in quo latißimè interpretatur & in terminis etiam c. si pluribus eo. titu. in vj. de quo Imo. in cle. j. de re. permu. col. xxvij. uer. circa tertium princ. & Rot. in antiq. viij. de elect. in fi. & Ludo. Ro. consil. ccclxxvj. quæstio. est col. iij. Non tamen firmatur gratia contra præsumptam concedentis uoluntatem, nec præter eius intentionem secundum gloss. in d. cle. Abb. in c. cum olim de re iud. & in c. cum nostris de conces. præbend. in iiij. colum. & Felyn. in c. ad aures de rescript. in proposito uerò satis con-

stat ex prædictis uoluntatem principis esse alienam à tali onere imponendo, & hoc est quod communiter dicitur gratiam pati defectum intentionis, quod patet, quia aliâs esset minimũ præiudicialis afferens magnam iacturam contra mentẽ Papæ l.ij.§.merito.ff.ne quid in lo.pub.l.nec auus.C. de eman.c. cum olim de consue.c.super eo.de offi.deleg.c.audita de resti. spol. & cũ teneamur de præben. Pro conclusione & ad ista est tex. in l.nauis onustæ.§.cum autem ad l.rod.de iac. ibi indubitatẽ utrũq; onus pati non debet & in l.titia.la.j.§.q inuita filia de leg.ij.& l.pen.ff.de do.præle.ibi non enim est uerisimile patrẽ duplici præstationem dotis hæredem onerare uoluisse. & in pensione loquitur Imo.in d.c.mandatum j.col.dum dicit quod idem esset si primus recepisset pensionem ad exclusionem secundæ procedit proxima conclusio, ut si nulla pensionis reseruatio ipso iure & ab initio, eo ipso non ope exceptionis.

5 *Vtrum autem sit nulla † pensio ipso iure uel annullãda ui exceptionis dubitari potest, nam in terminis d.c.mandatum secundæ literæ non annullantur, nisi uigore exceptionis grauaminis competentis ecclesiæ grauatæ ut firmat indistinctè ibi Abb.licet Ioã.And.& But.distinguant & Ioan.de Imo.dicit quod secunda gratia intelligitur conditionaliter si primus nõ prosequatur, quo prosequente non ualebit, quia deficiet conditio & secundũ cũ est noua consideratio in materia.& Fely. in c.capitulum iij.col.in uer.literæ de rescrip.sequitur Abb.ut capitulum excludat alium recepto uno, non per uiam nullitatis sed exceptionis grauaminis, sed quicquid sit in terminis d.c.mandatũ teneo quod sit nulla à prin.quoniã ut est deductũ hic est defectus intentionis, & gratia subreptitia, ergo nullitas ab initio ut Abb.sentit in d.c.quod quãdo gratia est subreptitia dicitur ipso iure nulla & in d.c.capitulũ ij.col.inquit q̄ subre*

ſubreptio in beneficialibus uitiat ipſo facto & in c. ad audientiã ij.eo.ti.c.ij.de fil.preſby.in vj.& ibi etiã glo.ac Io.An. *& alij ita in penſione per iura ſuperius allegata.ſtãt enim alia fundamenta ultra motiuum d. c.mãdatũ pro nullitate eo ipſo.* Itẽ *poteſt aßignari diuerſitatis ratio,quia quod grauetur eccleſia ſeu collator in admißione duorum non eſt onerare beneficium in onere aliquo ſeu ordinariũ collatorẽ dũtaxat,qui non cõfert ſecundum,& ſic non utitur fructu cõferendo,cum*
6 *collatio † beneficiorum cõputetur inter fructus inquit glo.in c.cum olim de maio.& obe.quia cõferre eſt quidã fructus iuris cõferendi,ſicut electio iuris eligendi, dicit* Abba. *in c. cum olim de cauſa poſ.& proprie.j.& ij.col.& quãuis neceßitetur cõferre,nec utatur liberalitate in cõferẽdo l.cũ de indebito.ff.de proba.utitur tamẽ in ei conferẽdo ex quo nõ cogitur magis huic quã illi no.gl.c.in relatũ de præbẽ.& facit c.duobus iũct.gl.in uer. teneãtur de reſcrip in vj.et talis collatio dici põt donatio & liberalitas,qñ motu ꝑprio, & is cui ſit naturaliter aſtringitur cõferẽti c.poſt electionẽ de cõceſ.præb. & ibi* Abb.*in prim.l.ſed & ſi l.§.conſuluit.ff.de pet.hære.& in hoc ſolo grauatur ordinarius, ꝙ eſt parui præiudicij, & qñ poßit excipere & nõ excipit, ſibi imputet quodcũq; eſſet præiudicium reſpectu perſonæ ſuæ,at in caſu concluſionis res ipſa ſeu fructus nimiũ onerarẽtur, quia multiplicaretur onus & ſeruitus ſuper eadem re,unde caſus ſunt diuerſi l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquir.poſ.*Nec *ob.ſi habens*
7 *† beneficium nollet excipere ſed utranq; penſionem ſoluere,quia licet poſſet ſibi præiudicare ſoluendo de parte, quæ deductis deducendiſ de iure ei contingeret, etiam ſi nil tale debeat caueniens cum materia de transla. non tamen eccleſiæ, nec beneficio ut remaneat onus & beneficium dicatur eſſe ſeruum,*

cum tantum sit procu.non dominus c.ij. de dona. Item nec his quibus proportione redditus beneficiorũ sunt aßignati et debiti, prout sunt pauperes & fabrica ecclesiæ quibus debẽtur duæ partes & una episcopo de oblationibus & prouentibus ecclesiarũ c.de redditibus c.quatuor autẽ xij. q. ij. quarta autẽ clericis pro singulorũ meritis diuiditur, sicut bona olim serui facti presbyteri ab intestato decedentis in quatuor partes diuiduntur c.sancto cõcilio de suc.ab intes.unde nullo modo dicendũ quod poßit uelle soluere secundã pensionẽ in istorum præiudiciũ, quia etiã de portione sua si superior uellet posset cõpellere ad expendendum utiliter.non ad iactandum et perdendum fructus beneficiorum, ex quo eorum esse debet bonus administrator ac dispẽsator non iactator, maximè in alterius præiudicium, donare autem est perdere ut in d.c.ij.& in l.cõtra iuris de pac.l.filiusfami.ff.de dona.cum si.

IIII. Decis. SVMMARIVM.

Conclusio proxima procedit etiam si secunda pensio transferatur tempore quo iam cessauerat prima, etiam viuente eo qui secundæ consenserat & nunquam cõtradixerat. Vel sic Secũda pensio quæ de prima nihil dixit, ita eo ipso non valuit quod extincta prima etiã vigore facultatis transferendi denuo validè cõstitui nõ potest. Vel sic, Facultas transferendi pensionem intelligitur de valida, Vel sic, Pensio quæ ab initio nulla fuit, non reuiuiscit si cesset causa nullitatis, nisi superueniret causa confirmans.

EPITOME.

1 Pensio secunda cum facultate transferendi reseruata non faciens mẽtionem de prima, si translata sit post obitum eius cui erat reseruata prima, an sit nulla vel annullanda?

Pensio

2 Pensionem non soluens non censetur priuatus, nisi creditore volente.
3 Rescriptū gratiosū quāuis nō faciat mētionē de primo valet & tenet.
4 Pensio excedens medietatem non est nulla, sed reducibilis.
5 Pensio si ab initio nulla fuit non reuiuiscit, licet cesset causa nullitatis.
6 Papa non vult nec intendit onerare fructus beneficiorum, licet possit sine consensu beneficiati.

DECISIO IIII.

Habui postea causam Zamorē. pensionis 50. duc. 1519. de mēse Decēbris quā Cōstantinus de Castillo dicebat
1 *nullam † quia de anteriori. xlij. ducatorum mentionē non fecerat G. de Villareal in cuius fauorem fuerat translata. secūda asserebat ope exceptionis annullandā, & quia prima euanuerat per obitum eius cui erat reseruata ante trāslationē, & uiuo adhuc Didaco del Castillo qui secūdæ cōsenserat, & nūquā cōtradixerat & ex cuius cessione Constantino de beneficio dictis pensionibus grauato prouisum fuerat, quod cessare debuit exceptio super eo fundata cessante grauamine, sicut in sim. si cessat defenditur sententia & tollitur appellatio l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patr. c. cum cessante de appel. quasi Didacus casu quo potuisset debuisset uia exceptionis petere annullari, & cū eo nihil excipiente prima cessauerit secunda nequeat impugnari. Constantinus aūt nō poterat ut dicebatur allegare nullā tēpore Didaci possessoris, ex quo consenserat c. ueniēs cū ibi no. de trāsac. l. pe. C. de pac. nō etiā ut successor cùm non successisset in grauamine quo deficiēte deficere uide*
2 *tur nullitas. Itē nō soluēs † pensionē sub pœna priuationis nō censetur priuatus, nisi creditor uoluerit. Idē in emphiteuta, recipiendo enim creditor sine protestatione sibi præiudicat, & aliàs declarādo nolle debitorē esse priuatū primum obseruat Rot. secūdū q; est opti. argumētū. primò patet in l. ij. cū gl. & ibi doct. C. de iure emphi. & in c. potuit loca. cum materia & discurro ad saturitatem in alia decisio. Vbi utrunque postea*

 fuit

fuit firmatum & incipit, apertißimi iuris est cũ duabus seq. ad hoc quia in terminis c.cæterum de rescrip.rescriptum non est ipso iure nullum,sed annullandũ ut per doct.ibi cõmuniter & gloss.& doct.in c.ad audiẽtiam eo.tit.Præterea ponamus q̃ Didacus extinxisset primam pensionẽ,certe successor eius onus extinctum allegare nõ potest,regula non præstat impedimentũ de reg.iur.in vj.Vlterius cõtra nõ est primus pẽsionarius,sed secũdus cui prima cessat noua cõstituitur,qui potest dici primus & solus attenta cessatione antiquæ pensionis & extinctione secundæ,qñ fit translatio & noua cõstitutio. unde nõ surripuit in aliquo quod poßit ei obijci.Cæterũ literæ
3 *gratiosæ † ualent,quãuis de primis non dicãt secundũ Abb. in c.in nostra ulti.col.in uer.credo ubi etiã Felyn.ij.col.de rescrip.qui in c.ex tenore eo.tit.plura cumulat q̃ de actu nullo seu qui potest annullari non est necessaria mẽtio.Itẽ si reser-*
4 *uetur pensio excedens † dimidiã partem fructuũ beneficij non dicitur nulla,sed debet reduci reformari,ne excedat tertiã aut dimidiã iuxta consuetudinem curiæ prout Ludo.secundũ unã opi.sentit consil.ccclxix.Idem ergo si utraque non excedebat ut in totum ualeat aliâs reducatur.Sed contrarium fuit cõclu-*
5 *sum & faciunt deducta in proxima cõclusi. † & illud q̃ cessauerit pensionẽ nõ ob.quia effectus nullitatis secũdæ pensionis erat cõsummatus stãte prima & regula d.c.cessante ꝓcedit in effectu nõ cõsummato inquit Bar.in l.pluribus. §.fi.de uer.obli.& in l.titia.§.imperator ult.col.ff.de leg.ij.& But. in c.sane de renũci.j.col.& in c.ij.de biga.non ordi.Nam cum secunda à principio fuerit nulla actus nullitatis dicitur perfectus,quia nil aliud ad nullitatẽ exigit,nisi existentiã primæ de qua mẽtio facta nõ fuit nec aliqd facit cõsensus Didaci cũ taciturnitate,qa si sibi potuisset & uoluisset præiudicare nõ suc-*

cessori

cessori aut beneficio c.ueniens de trāsac.& c.cum uenissem de insti.cum ibi no.Illud de creditore & emphiteuta nō ob.quia pendet à uolūtate eius cuius fauore est apposita pœna,hic totum uel magis à uoluntate superioris,ut patebit infra,quod in emphiteuta & creditore,ita sit dico in allegatis decisionibus ubi plura,ad hoc cōsidero fundamēta,materia autē d. c. cæterum procedit in literis ad lites nō in gratiosis,in quibus inducitur ab initio nullitas, Quod est dictū de literis cassatis non habet similitudinē,quia supposita inualiditate secundæ ad ualiditatē translationis seu nouæ reseruationis extinguendo primam requiritur consensus obtinētis beneficium,super quo est regula cancellariæ quod aliter literæ non expediētur, & sine
6 quo cōsensu † Papa licet poßit,non uult,nec cōsueuit onerare fructus beneficiorū,nisi ex certa scientia id agat.Citra certam scientiā etiā exigit causam, sine qua nō cōcedit, q; transeat ad successorē,& hæc cōsuetudo Papæ & stilus curiæ attenduntur l.uel uniuersorū.ff.de pig.act.c.ex literis de cōsti.Bisignet in antiquiori. v.decis.de rescri.& Fely.in c.in nostra xx. cor. eo.ti.sed Cōstantinus non cōsensit,nec refragatur quod translatio fit in uim consensus Didaci super secunda pensione præstiti,quia responsum est quòd non potuit præiudicare beneficio nec successori.Nec ob.qd' onus extinctū allegari nequeat quia data nullitate secūdæ ab exordio nihil ad rumbū si postea cesset prima,& si grauamē & causa nullitatis,ex quo à principio nōn ualuit,nec ex post facto conualescit reg.non firmatur de reg.iur.in vj.nec si ualuisset & fuisset extincta reuiuisceret l.qui res.§.arram.ff.de solu. nisi ex nouo cōsensu obtinentis beneficiū & Papæ reseruantis. Nec ob.etiā q; quando ex post facto cessat impedimentū,& adest cōsensus saltē tacitus & uerisimilis,tūc actus ualet prout ex nūc,ut dicit glo.in

d.reg.non firmatur quia negatur q adsit consensus partis, cũ nemo præsumatur & c.l.cum de indebito.ff.de prob.c.super hoc de renunt.nec partis consensus sufficeret ut cõualesceret, quod fit per subreptionẽ c.cũ olim iunc.gl.ubi etiã Abb.ante pen.col.de re iud.& ibi secundum Inno.literæ quæ sunt nullæ ipso iure non conualescunt ex consensu aduersarij superueniẽ te,cùm ualiditas non dependet ab eo,sed à facto superiorum. Papæ aũt consensus non adest qui sine consensu obtinẽtis beneficium non reseruasset,nec sine causa ut supra respectu succesforũ,& ideo Dyn.in d.regu.dixit q qñ solũ cessauit causa impediens,& non superuenit causa confirmans procedit ipsa reg.ut l.inter stipulãtẽ.§.sacrã.ff.de uer.obli.cũ alijs quæ allegat & idem Oldr.cõsi.cccvj.& ut est dictum causa confirmans est noua reseruatio Papæ cum cõsensu partis & causa. Lud.in allegato consi.primò firmat pensionem esse nullã,& esto sine præiudicio,q in una sola pensione daretur ualiditas usq; ad dimidiũ,hoc esset quia pars cõsensisset,& Papæ intẽtio nõ deficeret usq; ad summam,quæ ex stilo reseruari solet. in secũda uerò pẽsione deficit omnino cõsensus & Papæ mẽs aut saltẽ ultimũ,ut ex adductis in ista & in pxima decisione. quoniã in prima Papa usq; ad dimidiã,si in tãto esset, cõsiderat partis consensum & causam,ut ad successores transeat, & si excedat,reducitur propter stilum defectu intẽtionis Papæ ad alia.in contrarium satis ex prædictis patet responsum & diuersitas casuum,& ita declaraui pensionem nullam.

De Reseruationibus.

Primæ Decis. SVMMARIVM.

Valida est prouisio à Papa motu proprio facta

cta per literas reseruationis non obstan. moderno concilio Lateranen. inhiben. quod ad alicuius instan. reseruationes beneficiorum minime concedantur. Vel sic, Reseruatio proprio motu concessa efficax est non obstan. constitutione quae annullaret concessam ad instan.

EPITOME.

1 Motus proprij quando continent reseruationes, an videantur mendicanti? & nu. 3.

2 Probari potest per testes certa scientia Papae, necnon qualitates & circunstantiae gratiarum.

4 Gratia concessa motu proprio, si reperiatur, quòd pro ea sit supplicatum, quomodo sit accipienda?

5 Motus proprius, licet non ampliet viuificat tamen gratiam.

DECISIO PRIMA.



ABEBAT Card. Campegius ante Cardinalatũ multorũ beneficiorũ reseruationẽ proprio motu factam, opponebatur ꝙ non ualebat obst. moderno Lateranẽ. cõcil. prohibente reseruationes cõcedi ad instan. ꝙ aliqui ex dominis tentabãt ex eo, quia ut plurimũ hoc tempore conceduntur ad preces unius aut plurium. raro autẽ proprio motu pro quibus facit l. nã ad ea. ff. de legi. quasi Papa respexerit ad id quòd frequentius facit, non ad ea quae raro, & idẽ nos attendere debeamus arg. c. super literis in fi. de rescrip. & quia regulae sumũtur in iure ab his quae frequẽtius cõtingunt

1 *l. suus quoq;. §. puto generaliter. ff. de haere. insti. item † quia isti motus proprij cẽsentur mẽdicanti ut notũ est, & saltẽ largè dicitur impetrans gratiam motu proprio habẽs secundum Car. in cle. unica ult. col, de cõces. praebẽ. praeterea quia omnes reseruationes uidemus expediri motu proprio ꝙ princeps nõ ignorat, ergo locũ debet in eis habere cõciliaris inhibitio, ne*

aliâs

aliâs sit superuacanea ac elusoria, & frustra mēbranas occu-
pās potius uerbis quā rebus edita l.iiij.ff.de usur.c.solite cir-
ca fi.de maio.et obe.xix.di.c.si romanorū l.si prætor de iudi.l.
fi.ff.neqd in loco pub.l.ij.in fi.C.cōmu.deleg.c.cōmissa de elec.
in vj.& quāuis papalis gratia sit probanda per literas certa,
2 tamē scientia † potest probari p testes Egi. decis.dccxlvj. &
idem de circūstantijs, qualitatibus, & accidētibus gratiæ, uo-
luit Rot.de rescript.xxvij.in no.licet super probatione motus
proprij sint opiniones de quibus ibi, & de prædictis etiā per
Archi.Io.An.Domi.et Phil.Frāch.in probem.vj.circa fi. Sed
3 maior † pars cōtra etiā supposito quod ad instan.cōcessæ nō
ualerēt, super quo in alia decisione dico, quid sentio de intel-
lectu concilij incipit, inter cætera ex quo sumus in claris cùm
tenor literarū dicat.motu pprio nō ad tuā uel alterius pro te
nobis oblatæ petitionis instantiā, sed de nostra mera liberali-
tate, & ab eis nō debemus recedere l.ille aut ille.§.cū in uerbis
l.nō aliter deleg.iij.nec interpretatio debet esse contra sensum
uerborū ita apertū l.j.C.de lib.præte.& qa phibitioni cōcilij
non cōueniunt uerba nec mens eo casu succedit l.iiij.§.totiēs
de dam.infect.l.hos accusare.§.fi.ff..de accus.c. indēnitatibus
in fi.de elect.in vj.Papa enim certus est de facto suo l.fi.ff. p
suo c.ab excōmunicato de rescrip.cū ibi not.& ex eius uerbis
resultat clara & certa probatio cle.j.de prob.quibus etiā sta-
retur in facto mixto ut ibi not.unde in isto casu certo cessant
cōiecturæ l.cōtinuus.§.cū ita.ff.de uerb.oblig.ad hoc tex.ex-
pressus in c.si motu proprio de præbē. in vj.ubi nō dicitur fa-
ctū motu pprio, nisi quādo exprimitur.ergo qn exprimitur
non est dubitandū, nec semper est uerum q ad instantiam con-
cedantur, cum pro multis beneficiandis cogitent principes nō
interpellati, & eis prouideāt ex mera liberalitate ut not.ele-
gans

gans glo. super uer. reseruamus in extrauagan. execrabilis de præbē. & dato q uideamus reseruationes formari motu proprio, nihilominus possent aliquæ aliter expediri, & totū pendet à uoluntate Papæ uidemus enim q in supplicationibus ad instantiā quādoq; ponitur clausula reseruationis absq; clausula motu ꝓprio, & satis est q contra cōstitutionē non sit gratia cōcessa, quinimo dicit Bal. in c. nisi specialis de offi. lega. q si in eadem gratia reperiatur supplicatum ab aliquo & concessionē factam motu proprio accipimus causam in potētiori capite motus proprij pro quo l. quæritur. in arg. ff. de stat. ho. quoniā in his non est repugnātia, & uidetur proprius motus
5 *præuenisse supplicationē, ita q uiuificatur † gratia p clausulā motus proprij, q est dicere secūdū Bal. ibidē q motus ꝓprius, & si non ampliet uiuificat tamē ut de obreptione dici nō posset cle. si Romanus de præben. & q motus proprius designat ad nullius petitionē factum, & per hæc firmatur decisio & tolluntur contraria & ita 1520. de mense Maij iudicaui.*

II. Decis. SVMMARIVM.

Gratia reseruationis beneficiorum cum suspensione quaruncunq; gratiarum exceptis nominationibus regijs, intelligitur de nominationibus validis non de reuocatis. Vel sic, Per clausulam præseruantem nominationem alicui concessam non suscitatur nominatio reuocata, nec de nouo concessa videtur.

EPITOME.

1 Animus continuandi possessionem si prius quis non possideret, inducit nouam acquisitionem.
2 Clausula præseruans non operatur, nisi circa actus validos.
3 Clausula præseruans conseruat ea quæ viuunt, sicut clausula non obstā. tollit

tollit inualida non valida.

4 Princeps an habeat in promptu iuris scientiam?

DECISIO II.

Concessa erat à Leōe x. nominādi facultas ad bñficia Regi Poloniæ cuius uirtute Rex ad uacatura nominauerat, post nominationē nominādi facultas per reg. cancellariæ fuit reuocata, postea orator dicti Regis episcopus Plocē. pro persona sua obtinuit reseruationē cum suspēsione omniū gratiarum, exceptis nominationibis præfato Regi cōcessis, post istā reseruationem uacauit beneficium, fuit dubitatum corā dño. Cam. de Ballionibus de mēse Octo. 1 5 2 0. an deberetur nominato à Rege uel oratori, & tres domini dicebant tentari posse q nominato, & q staret nominatio eo motiuo, quia ani-
1 mus † cōtinuandi possessionē inducit nouam acquisitionem, si prius quis non possideret secundum Bar. Bal. Ang. Imo. & magis cōmuniter doct. in l. iij. in princi. ff. de acqui. pos. ubi etiam Alex. & Ias. dicentes q ea quæ fiunt ad conseruandum, operantur etiā nouam apprehensionē & inductionē l. ij. C. eo. ut in d. l. si in uenditione. C. com. prædi. cū alijs adductis per eos sed in reseruatione præseruantur nominationes, ergo uidētur inductæ. Secundò potest pro hac parte dici quando res habuit aliquod principium, quamuis superuenerit reuocatio, non dicitur omnino falsum ob ueritatis primordium l. cum filius. §. hæres. ff. de leg. ij. nimirum si de facili resumat uires ut not. in l. quòd ab initio. ff. de reg. iur. & c. nō firmatur eo. ti. in vj. quod initium inspicitur, quia & si ea quæ ab origine nō ualent non conualescant, secus est in ualidis quāuis annullandis. itē si solo temporis tractu aliquid non conualescit l. obligationum fere. §. placet. ff. de acti. & oblig. reuiuiscit tamen ex consensu superuenienti tacito seu expresso ita post glo. in d. c. non firmatur

tur inquit Cal.conf.ij.de const.in proposito autẽ uidetur succedere cõsensus Leonis præseruantis nominationẽ regiam,qui de regula reuocante tanquã de facto proprio notitiã præsumitur habuisse l.fi.ff.pro suo c.ab excõicato cũ ibi no. de rescri. Fely.c.in nostra v.cor.eo.ti.præcipuè quia à die regulæ usq; ad reseruationẽ semestre tantũ effluxerat et memoria recẽs ui debatur.Præterea supposita scientia frustra præseruando exciperet nominationẽ Regis,nisi denuò concederet disponendo in ea parte aliquid ualidè,aliâs superuacaneè mẽbranas occuparet l.si quãdo.ff.de leg.j.c.si Papa de priuil. in vj. l.idẽ Vlpianus.ff.de excu.tut.l.quidam cõsulebãt.ff.de re iud.c.solite de maio.& ob.cum simi.Sed maior pars tenuit cõtra,& pro ista parte fuit pronunciatum,& ego cum ea cõcurri per tex.
2 in c.dudum ij.de elect.circa fi.ubi dispensatio in simi.† nõ operatur retentionem nisi eorum quæ ualidè tenebantur & aliud non inducit ad idem c.si gratiose de rescri. & c.non potest de præben.in vj.item clausula excipiens nominationes intelligitur de ualidis,& quæ possunt sortiri effectus non de sublatis l. pen.§.docere.ff.ne quis eum qui ius uo.est ui exi. c. qualiter de pac.c.ueniens de cler.nõ resid.unde pertinẽter dicit Abb. cõs. xcviij.j.uo.nõ posse dici gratiã,quando fit concessio fructuum sub cõditione si alia super eisdem nõ præcessisset quæ præcesserat,sed non ualebat qñ Papa respexerat ad gratiã quæ ualuisset.nã nec de rescripto nullo aut annullãdo est necessaria mentio gl.in c.nõnulli de rescrip.in c.j.de lit.cõte.in vj.Fely.plura cumulans in c.ex tenore in uerbo rescripto de rescrip.clau-
3 sula enim † perseuerans ea quæ uiuunt conseruat ne eis præiudicetur.sicut clausula non obstantibus tollit inualida non ualida,& quæ de facto obijcerẽtur remouet non quæ de iure. nã qui præseruat respicit ad ea quæ subsistunt,qui remouet pro

L effectu

effectu gratiæ reijcit quæ de iure non tenetur ut supra, & per eundem Fely. in c. causam quæ in uerbo non obstan. eo. tit. & Abb. de clausula contradictores in c. pro illorũ post gl. de præ ben. nec Papa uoluit conseruare id quod nullum poterat sortiri effectum, cùm nec reseruationi præstaret impedimentũ regula nõ præstat de reg. iur. in vj. sententia etiã & exhæredatio de ualidis intelliguntur l. iiij. §. cõdemnatum de re iud. l. nõ putauit. §. non quamuis. ff. de bon. pos. con. tab. ubi Bar. not. quod quãdo dicitur de mandato procuratoris accipitur de ualido & aliâs de habilibus ac potẽtia iuris cõmoda l. ut gradatim de mune. & hono. l. nepos proculo. ff. de uerb. signi. & licet exceptio firmat regulã in nõ exceptuatis l. nam quod liquide. §. fi. ff. de pen. leg. in auct. de nõ alie. aut permut. §. autem. col. j. c. in nostra de sepul. c. ij. de coniug. lepro. nõ tamẽ ampliat eam l. generali. §. uxori de usuf. leg. & ibi Bar. & per eundẽ in l. quæsitum. §. deniq;. ff. de fide instr. cum eius officiũ sit remouere & excipere secũdum Io. An. in c. fi. de lit. cont. in c. exceptionẽ de reg. iur. in vj. Bal. in l. actione. C. de transac. Fely. in c. quoniam frequenter prima & secunda col. in prin. ut lit. non conte. cum ergo ueniat ad diminutionem non operatur argumentum, minus aliquid nouum inducit l. legata inutiliter. ff. de addi. leg. facit quia intentio propriè est illa quæ ex uerbis colligitur l. nõ aliter de lega. iij. l. labeo. §. idem Tubero de sup. leg. l. iiij. §. totiens. ff. de dam. infec. est præseruare nõ de nouo dare, ita quod ultra non opratur l. non omnis. ff. si cer. pet. quinimo nec consummatio in forma cõmuni aliquid noui tribuit, sed solum conseruat priuilegiũ c. inter dilectos de fi. instru. & c. cum dilecta de confir. uti. uel inut. facit optime quod dicit Anch. in c. ij. de offi. uica. in vj. quod potestas concessa uicario faciendi ea quæ episcopus potest excepta beneficiorum collatione, non

inducit q possit alia quæ non ueniunt in generali concessione seu mãdato, & alij hoc sequũtur ut refert. Fely.in d.c.quoniã frequẽter ij.col.quicquid contra sentiat Domi.in c.qui ad agẽdũ de procur.in vj.Itẽ res extincta semel amplius non reuiuiscit, nisi princeps sciens & uolens de nouo cõcederet l.qui res §.aream.ff. de solu.non ob.l.ij.C.eo.quia ibi ex approbatione partiũ nõ approbatur sentẽtia diuisionis ut sentẽtia.Sed habet uim cuiusdã contractus quasi partes fecerint contrahendo id quod continebatur in sententia ita Barto.in l.unica.C.qui pro sua iur.iudi.dar.dari'ue poss.& Abb.in c.dilecti de arbi.& in c.significasti de fo.cõpe.ult.col.& in.c.j.de re iudi.col.vj.ad l.si in uenditione responde quod si uenditor ibi specificauerit certam personã, non potest seruitutẽ alteri constituere quin teneatur ad interesse.unde nõ dicitur inducta, nec cogitur nominato præcisè cõstituere et hoc modo nõ faceret cõtra, esto sine præiudicio ueritatis quod nõ instari posset apud principẽ, ut ratione præseruationis eandẽ nominãdi facultatẽ induceret, uel secundò dicas quod secũdũ Pau.de Cast.ibi requiritur qd' uerba de seruitute fuerint assertiuè prolata, & in casu de quo agitur quod ex certa scientia Papæ cũ uoluntate inducendi denuo, nec in dubio obstẽt fundamẽta pro cõclusione adducta, sed nõ est clarũ q Papa pro certo sciret, quãdo præseruauit quibus die mẽse & anno dederat Regi facultatẽ nominãdi, & si reuocationẽ per regulã haberet mente nõ tamẽ an, & quãdo innouasset, ex quo sunt facti & ne dũ in talibus uerum
4 etiã in rescriptis † nõ præsumitur habere scientiã iuris ita propriam propter multitudinẽ rescriptorũ quæ concedit, inquit Felyn.in d.c.nonnulli de rescript.in ij.regula.col.dicere igitur non possumus quod sciens & prudens de facultate nominandi de reuocatione, & an iterum cõcessisset uel non, ac de temporibus

poribus de nouo cōcedere uoluit, & per hoc respondetur ad iura quæ in materia præseruationis allegari possunt quando operaretur inductionē, & sumus in eo qui potest inducere de quibus per Moder. in d.l. iij. in princi. de acquir. possess. maximè attēto more principis qui similes nouas concessiones pro paucis & deliberatè facere solet, & tunc non per unā clausulā exceptiuā in gratia tertij apposita, sed per supplicationes breuia aut literas plūbatas, & iste stilus declarat mentē principis l. uel uniuersorū. ff. de pig. actio. c. ex literis de cōsti. Fely. in c. in nostra in. xx. corre. de rescri. Tertiò esto sine ueri præiudicio q possset cōsiderari exceptionē inducere nō procederet in isto casu in quo sumus in odiosis c. quāuis c. cū in illis. §. cū autē de prebē. in vj. quoniā ut dicit Abb. in c. ad audiētiā de cler. nō resi. illud quod exceptio firmat regulam non habet locū in materia restringibili & Fely. colligit in d.c. quoniam frequēter ij. col. & limitatione, facit quia dictiones præter & nisi, sunt exceptiuæ l. si ita quis legauerit quod ibi Bal. de leg. j. & præter sui natura excludit ut ibi & in l. nullā. ff. de diuor. & Inno. in d.c. dudū in fi. & licet quādoq; ponatur exceptiuè quādoq; implicatiuè, tamē ubi sumus in casu odij uitandi non implicat secundū Bal. in d.l. actione. C. de trāsactio. & si gratia esset motu proprio omnino præiudicat ordinariæ potestati, & dicitur odiosa ad glo. in c. præsenti de off. leg. in vj. nō obst. q etiā uisus esset uelle innouare nominādi potestatē sublatā pro suo Rege, quia solū agebat ei non displicere præseruādo, quādo. s. staret nominādi facultas, aliâs bona & uiua nō mortua & sublata, quo casu solius principis est ut resurgat p uias & formas de quibus est dictū, si inspiceretur animus oratoris potius præsumeremus, q mortuā nominationē in præiudiciū gratiæ suæ uoluisset suscitare ar. l. iij. ff. de mili. test. l. qđ fauore.

fauore.C.de leg.cũ charitas,quãdo nihil tollit regi quod uale ret sibi sit ꝑximior l.præses.C.de ser.et aqua c.nisi specialis de aucto.et usu pal.gl.in uerbo cõsouemus in c.quoniã de im=mu.eccle.in vj.ad illũ q́d' ex tacito etiã cõsensu res ipsa resur=git responsum est p d.l qui res.§.area & quod exclusa certa scientia Papæ nullus adest cõsensus,nec est uerũ oratorẽ iuri ad rẽ sibi præiudicasse,si cõcurrebat cũ eo nominatus. forsan ex eo q̃ à Papa fecerat aut poni passus fuerat clausulã exce=ptiuã nominationũ,ex quo tali iuri de facili renunciatur c.ad audiẽtiã secundo de rescrip.ubi docto.quia ex prædictis plene est responsum.& quod nõ tenet non impedit d c.non præstat. Nec propterea inferretur renunciatio iuris ad rem.

III.Decis. SVMMARIVM.

Beneficia quæ Leo x.in sua regula generali=ter reseruauit in sex mẽsibus uacã.& vacatura di=cũtur generaliter nõ specialiter reseruata, & vi=dẽdũ quæ sit generalis quæ specialis reseruatio?

EPITOME.

1 Reseruatio inducta per regulas,est generalis non specialis.
2 Regulæ cancellariæ quando conficiuntur, qui conueniant in earum confectione?
3 Reseruatio specialis quæ sit?& nu.4.
5 Reseruationes an sint odiosæ?
6 Verba si vulgariter proferantur & in latinum reducantur,secundum iuris dispositionem intelligi debent.
7 Reseruatio generalis quæ sit?

DECISIO III.

COncesserat Papa Maximiliano Romanorũ Regi pote statẽ porrigẽdi preces ad quæcunq; beneficia exceptis generaliter reseruatis, successit regula reseruans generaliter omnia beneficia in Ia.Mar.maio.Iulio Sep.& Nouẽbri uacã=tia seu uacatura,uacauit uicaria uocata elemosinaria in eccle.

Argētina, preces fuere porrectæ ꝑ Clemēte q habuit possessionē. Henri. apostolicus dicebat nō ualuisse precū porrectionem in uicaria ex quo uacauerat in mēse reseruato per regulū, & sic erat reseruata generaliter, fuit dubitatū coram domi. Barto. de Petrasancta qui sæpius proposuit de mense Noueb. 1515. an reserua. inducta per ipsam regulā esset generalis, ut prouisus apostolicus prætendebat, uel specialis, prout precarius asserebat? & post plures dispositiones in Rota, & uerbū etiā in signatura gratiæ factū quod fieret declaratio ubi nihil fuit determinatū. Rot. pro maiori parte conclusit reseruatione

2 *nē esse generalē, † & hæc pars mihi placuit. primò quia id sonat uerbū generaliter in quo nulla est dubitatio l. ille aut ille. §. cū in uerbis. ff. de lega. iij. secundò quia hanc interpretationē facit Papa in secunda regula & in tertia in crastinū assumptionis. nā in secūda dicit, itē reseruauit specialiter omnes ecclesias etiā patriarchales, episcopales, archiepiscopales, necnon omnia monasteria uirorū ualorē cc. flo. aur. excedē. in tertia uerò dicitur, item reseruat generaliter dispositioni suæ oēs dignitates maiores post pontificales, non est autē dicendū qđ in principe & eis aßistentibus in edendis regulis cadat ignorātia proprietatis uerborū, cum habeat iura in scrinio mētis l. omniū. C. de testa. c. j. de consti. in vj. quoniā potius tenendum firmiter quod nihil superfluū apponat, nec uerbū aliquod sine ministerio l. j. ff. ad muni. §. quibus in j. cōsti. C. & in probem. decreta. Bal. in rub. C. de emp. & uend. q. ix. & in l. j. post glo. ff. quod met. causa, nec admittendū quod eodem die, & uerborum contextu, & in eadem materia sub uerbo generaliter intellexisset de speciali uel econtra, aut de omnibus, quòd essent eiusdē naturæ, quia supfluè alterū apponeretur imo magnam dubitationē induceret, quod sub uerbo specialiter reseruamus*

conclu

concluderetur generalis seu econuerso cõtra l.iiij.ff.de usur. c.solicite uer.q aũt iũct.gl.de maio.& ob.xix.di.si Romanorum,saperet enim uel superfluitatẽ,ut est dictũ,uel errorẽ sicut dicitur de testatore in l.si quis in fundi uocabulo.ff.de leg.j. l.si in nomine.C.de testa.q in principe nefandũ esset asserere, qui in editione regularũ nõ decipitur minori intelligentia, in quo casu cessaret præsumptio d.c.j.de cõsti.secũdũ glo.xxiij.
1 legati † priorẽ nõ ualere, sed bene apostolicã posteriorẽ quæ ante prouisionẽ reseruatiui à Papa fieri potest iuxta Rot.xvj.itẽ licet de more de præb.in no.& hoc stante reserua concessa in prouincia Lombardiæ d.Iacobo Simonetta cum clausula acceptandi infra mensem beneficia usq; ad certũ ualorẽ, ac cũ irritãti decreto de quo apostolicus dedit nõ obstan.q. aliqui dicebãt ualidam esse prouisionẽ legati, ex quo dñs Iacobus non acceptauerat, quasi clausula nõ operaretur, nisi purificata cõditione, & potuisset legatus & ordinarius qlibet ante accceptationẽ conferre c.j.de cõces.præb.in vj.cle.j.uers.quia eo.tit.itẽ quia uidebatur nõ uti nõ acceptando & renunciare decreto in eius fauorẽ apposito l.siquis in cõscribendo.C.de pac. Anch.in c. statutum de præb.in vj.& Fely.ad id plura cumulans in c. cũ

 ex offi

ex officij antepen.col.de præscrip.licet opposit. teneat ut infra litem reseruatio habebat clausulã anteferri ad prouisiones legati.ergo supponebat eius prouisionem ualere nihilominus
2 *hæc tolluntur per.§.secus in d.cle.uolentẽ ꝙ appositio † temporis efficiat inualidã ordinariorũ ꝓuisionẽ infra mẽsam etiã si nõ fiat acceptatio,nedum intra mẽsem uerùm etiã si nunquã* Car.*suo elegãti consi.cv.*A.*&* B.*clerici ubi nouẽ cõsiderat fundamenta & refert ac sequitur* Fely.*post alios quos adducit in d.c.cum ex officij col.pe.firmãs hoc & respondẽs ad cõtraria inter cætera motiua & postq̃ d.cle. præmisit ꝙ gratia cõditionalis decretum habẽs nõ operetur,nisi cõditione purificata subiũgit esse secus qñ in ea est mensis appositus,ex eo quòd tũc quo ad impediendã ordinarij collationẽ habet effectũ ante cõditionis purificationẽ,cùm non surgat ex clausula decreti ꝙ sui natura suspẽdit in euentũ purificatæ cõditionis,sed ex speciali et noua dispositione d.§.secus inducta ꝓpter expressam rationẽ ut mensis appositio aliquid operetur,et hæc pars uel tanquã cõmunior aut uerior seruatur in palatio, & sicut*
3 *ligantur manus ordinariorum,ita legati † qui in prouincia reputatur ordinarius c.ij.de off.leg.in vj.nã uere taliũ legatorũ potestas est ordinaria,quãuis extraordinario modo inducta ait* Abb.*in c.si quis cõtra clericum col.ij.de fo. comp.insuper reseruatio habebat clausulã inhibitionis ad quoscũq; quacũq;*
4 *auctoritate fungen.ergo & ad legatos.clausula uerò † anteferri fuit dictum,ꝙ cõseruabat ius ad rem nõ in re,ut si haberet aliquis à legato expectatiuam aut reseruationẽ præferretur ei reseruatio domini* Iaco. *quousq; sit effectuata præseruato iure reseruatiuo legati post impedimentum do.* Iacob. *effectuando,& ita fuit iudicatum,& ex hac cõclusione euacuauerunt plures prouisiones in* Lombardia *à legato factæ.*

II. Decis. SVMMARIVM.

In terminis proximæ conclusionis valida est prouisio Papæ nõ acceptante reseruatiuo, etiã si decretũ reseruationis irritet prouisiones per Papam factas.

EPITOME.

1 Prouisio Papæ nõ data acceptatione reseruatiui, valet etiam si in reseruatione huiusmodi irritat et prouisiones etiam per se factas.

2 Prouisiones inferiorum infra mensem siue reseruatiuus vel expectans acceptauerit siue non, non tenent.

DECISIO II.

Qvãuis prouisio legati non ualeat ut in decisione proxima & eius terminis, ualet tamẽ prouisio † Papæ nõ data acceptatione reseruatiui nõ obstan. quod decretũ reseruationis irritet prouisiones etiã per Papã factas, & in una Vercellẽ. corã do. Paulo de Capisuchis fuit tentum, quia ligauerit seipsum in fauorem reseruatiui dũtaxat, taliter quod sit conditionale quo ad eum si acceptatio fiat. ex quo eadem & maior potestas &c. c. dudũ de præb. in vj. quo † uerò ad inferiores purũ & ligans siue acceptatio facta fuerit siue non, quod non uerificatur secundũ hanc conclusionem docto. Anch. & sequacium in d. c. statutum in casu conclusionis, & limitatur propterea decisio. ac cap. pen. & quod ibi Lap. & Domi. de præb. in vj. inquiunt ꝙ decretum ligat Papam quasi ita uoluerit ad l. si quis in prin. testamenti. ff. de leg. iij.

III. Decis. SVMMARIVM.

Decretũ legati de latere non ligat ignorãtes.

EPITOME.

1 Decretum irritans Papæ ligat etiam ignorantes, & nu. 3.

2 Legatus de latere potest decretum irritans apponere, an autem liget ignorantes est conflictus opinionum?

3 Legatus de latere contra ius facere non potest.

4 Ligare ignorantes quando sit contra ius?
5 Iurisdictionem inferioris superior impedire potest.
6 Decretum legati de latere non ligat ignorantes, & nu.8.
7 Differentia est inter reseruationem, inhibitionem, & decretum.
9 Annullatio actus, an, & quando sit pœna?
10 Statuere vt tempus currat ignoranti solus princeps potest.
11 Legatorum potestas vt supra inducta est restringenda, ordinariorum verò amplianda.

DECISIO III.

1 *SVppositio prout est clarum quod decretum † irritans Papæ ligat etiam ignorantes c.si eo tempore & ibi gloss. de elect.c.dudum.& c.pen.de præbē.c.j.& c.si soli de cōces.*
2 *præbend.in vj.cum sim.quod legatus de latere † potest tale decretum apponere ca.præsenti de offi.leg.in prin.c.si apostolicæ de præb.& ibi Archi.& Io.And.ac glo.super uerbo & irritum in c.j.de cōces.præbē.in vj.an etiam istud ligat ignorātes est conflictus opinionum, & propterea in una Brixiēsi coram do.Cornelio de la Volta de mense Martij 1525. fuit dubitatū, & tres ex dominis tenebant affirmatiuam per c.dilectus de iur.pat.quē ad hoc ponderat Domi.in d.c.si apostolice, ibi unde post quam idem legatus donationē sibi decreuerat reseruando Papa dicat, q̃ solum decretū operetur effectū nullitatis gestorum in contrariū, ex quo illud de insinuatione fuit contingentia facti, quæ in parte dispositiua non attenditur. ex quo Papa refert se ad tempus decreti, q̃ fuit sine dubio antequā insinuatio & ad rationē Cōp.in c.capitulū col.pen. de rescrip.ubi tenet negatiuā q̃ alius à Papa nequit supra uel cōtra ius facere, asserēs cōtra ius esse q̃ ignorans ligetur l.si ignorās loca.l.fi.ff.de decr.ab or.fac.cum alijs per doct.allegatis, & nō licere etiā Cardinali legato † de latere cōtra ius*
5 *facere c.pen.& ult.de fil.presby.& c.dilectus el.j.de præbēd. Respondet Ioā.de Lig.hic pro affirmatiua non esse cōtra ius ligare*

4 *ligare ignorãtes † quo ad annullationẽ actus, sed tunc demum quãdo ligaretur quo ad pœnam, pro qua cõsideratione facit, quia nullitas actus non est propriè pœna, nec irritatio cõtractus est naturalis pœna contrahentiũ contra legẽ, cum pœna propriè sit circa diminutionem patrimonij secundũ* Innoc. *in c. si uere de sen. excõmu. &* Io. An. *in c. odia de reg. iur. in* vj. *in merc. & declarant* Domi. *&* Phil. Frãch. *in c. fi. de elect. eod. lib. ac* Fely. *nouißimè in c. cognoscentes post princi. de consti. & ad rationẽ* Zenze. *tenẽtis negatiuam, quòd non reperitur iure cautũ ut ignorantes liget, nisi in decreto* Papæ *respondet* Domi. *satis caueri in d. c. cum dilectus ubi hoc placet* Inno. *&* Host. *etiã in sum. §. ei à quo ad fi. de præb. & licet* Lap. *allegatione xiiij. ubi adducit ad idẽ* Io. An. *in d. c. apostolice* Card. *& in cle. j. in* vj. *notabi. de cõces. præb. inquit cõmuniter teneri in*
5 *d. c. si apostolice quod ligat ea ratione, quia potest † superior impedire iurisdictionẽ inferioris, quia etiã quãdo cõcurrerent superior præfertur c. si à sede de præbẽ. in* vj. *eandẽ partẽ sequitur* Bonif. *de uitali. in d. cle. j. in prin. col. ij.* Bene. Capra. *hic & uidetur etiã sentire* Collect. *in c. ecclesia nostra colũ. pen. de sortil. ibi & ita seruatur loquens de clausula quæ solet apponi, uidelicet decernens irritũ & inane, si secus à quoquam scienter uel ignorãter factũ fuerit seu attẽptari cõtigerit.* Alij
6 *domini pro maiori parte tenuerũt † negatiuã, & in hunc sensum fuit cõclusum, quã opi. post* Comp. *firmat* Archi. *in d. c. si apostolice, & sequuntur* Lap. *in c. statutũ eod. tit. &* Paul. *in c. j. de cõces. præbẽ. in* vj. *ac* Anch. *in c. si beneficia in col. iij. de præbẽ. eo. lib. ubi in decreto reseruationis etiã ualido tenet, ut nõ liget ante notificationẽ subiũgens ita notare* Archi. *&* Io. And. *in d. c. si apostolice & pro hac parte* Phil. Frãch. *ibi etiã allegatur* Ioan. Andr. *ex quo patet quod aliter adducitur per*

 Phil.

Phil.Fräch.& in alium sensum quā inducat Lap.in d.allegatio. xiiij.& uere ratio Cōp.est potens cùm nō reperiatur lege cautū q̃ liget, unde erubescit affirmatiua l.illā.C.de colla. in auct.de nō elig.ij.nubē.§.cū igitur uers.sui autē col.j.& in auct.de trien.& semis.§.cōsideremus col.iij.ad c.j.§. obijciebatur & ibi ex parte de cōces.præb.& ad c.tibi qui.§.j.de rescri.in vj.respōdet Archi.in d.c.si apostolicæ q̃ non probant affirmatiuā,quin potius faciunt pro negatiua,& ita est uerū & Io.An.Anch.& alij referētes sentiūt transeundo ideo non insisto.Ad c.cū dilectus respōdet Archi.ubi supra quod processum erat ad inhibitionē,ut patet in prin.& Phil.Frāc. qui sequitur negatiuā tāquā ueriorē & ornatā iuribus & rationibus,respōdet aliter quod ibi nihil dicitur de decreto cùm solum dicatur de reseruatione & inhibitione,tamen est differē-
7 tia † inter inhibitionē & reseruationē & decretū d.c.tibi qui §.j.& not.glo.in d.c.si eo tēpore super uerbo prouisione de elect.in vj.& ad ponderationē Domi.ultra responsum Arch. dic.quod sola reseruatio non afficit ignorantes prout Ioā.An. & Phil.Frāc.post alios dicunt in d.c.si eo tēpore & ideo finis ca.necessariò intelligitur in casu in quo loquitur si secuta notificatione.Henric.Boich.in d.c.cū dilectus circa fi.uidetur sequi etiā negatiuā,qa postquā retulit Inno.& Hosti.p affirmatiua subijcit,sed Goff.in hoc cōtra infra de præb.si apostolica;unde residet in opinione ultimò relata iux.glo.not.in l.cū filiū.§.sabinus ad treb.l.bona fides & ibi Bar.ff.depos.ponit Bal.in auct.ex testamēto.C.de colla.& dictū glo.pbat Abb. in c.de quarta col.iij.in fi.de præscrip.& plura ad id accumulat Ias.in l.pacta nouissima.C.de pact.Pro negatiua est etiam
8 Fed.de Sen.consi.ccxc.col.iij.dum dicit quod decretū † principis ligat etiam ignorantes, quod tamen nō accidit in inferioribus

rioribus à principe & allegat d.c.j.§.ex parte de cõcess.præbē.& d.c.tibi qui Egi.Bellame firmat etiam hanc partē in d.c. si apostolicæ discutiendo late hunc passum & Villadiego qui fuit auditor Rotæ & in suo trac.deleg.q.ix.uers.iiij.quæro.col.xxj.& Pau.de Liaza.in d.c.j.de cõcess.præben. Accedit opinio Alex.cõs.xc.uo.vij.ubi etiã respondet ad d.c. si à sede, qui loquitur qñ legatus & ordinarius concurrũt eodē die,& nõ apparet de prioritate ꝓuisionis,sed ubi reseruatio præcessit,& ordinarius ignorans cõtulit inhibitio nõ ligat.Itē si est alius actus canonicus expressus in iure iste nullibi, & sic non ob.cõsideratio Card.in d.cle.j. & ad illud de pœna respondet

9 *quod infringere † seu annullare actum gestum ab ignorãte dicitur pœna,quando annullatio procedit ratione probibitionis ut hic non ratione defectus solennitatis l.senatus. ff. de cõtra. emp.l.nõ dubiũ & ibi no.Iac.Bu.C.de legi.& ibi etiã Bal.col. ij.l.turpia in prin.& ibi no.Bar.deleg.j.et Io.An.in c.fi.de rescrip.& in c.dispendia eo.ti.in vj.cum alijs adductis per eum quæ no.in materia qñ dicatur dispositio pœnalis quãdo non licet hoc si admiserimus quod sit pœna, non propterea firmabitur affirmatiua,nec tollerētur iura & rationes faciētes pro negatiua,& ista pars negatiuè secũdũ Alex.in d.cõs.est magis rationabilis quàm affirmatiuè et sequitur Io. An.in c. si apostolica Ang.etiã in l.genero.ff. de his qui not. infa.tenet idem dum dicit quod nullus inferior à principe aut à Papa potest ligare ignorantē,& adducit ad hoc auctoritas Cõpost.ad idem Lud.Ro.in l.j.§.occisorum ad sille.& in l.is potest.ff.de acq. hær.& Barb.in cle.j.col.vij.de elec.dicens quod nullus præter*

10 *† principē potest statuere ut tempus currat ignorãti nouißimè Socy.cons.cxij.iij.uol.firmat istam partem esse sequendam in iudicãdo quæ ut sensi est de iure uerior et sanior ac fauorabilior*

bilior, quàm affirmatiua ex eo etiã quod qñ sumus in decreto reseruationi apposito cõsideratur duplex odiũ ut nota. glo. in c. præsenti de offi. leg. in vj. merito accõmodatur quod non liget ignorãtes l. cum quidam. ff. de lib. & posth. & regula odia
11 *de reg. iur in vj. nam & potestas † legatorum ut super inducta & extraordinaria ac ordinarijs præiudicans restringẽda est, ordinariorũ uerò ut naturalis & fauorabilis amplĩãda ꝑ quo gl. in cle. ij. de offi. ord. ergo longe magis conseruanda ex quibus cõstat q. si essemus in dubio omnino esset tenẽda, ut magis amica iuri ac rationi pars negatiua quàm affirmatiua; quẽ ut hodie apparet ultra iura & rationes habet etiam longe plures doctores numero, ita quod est communis & ab ea etiam in iudicando non est discedendum c. prudentiam in prin. ibi integrum est iudicium quod plurimorum sententijs confirmatur & Abb. post alios in c. j. de consti.*

De Acquiren. rerum dominio.

Vnicæ Decis. SVMMARIVM.

Alueus antiquus à flumine ad alium locũ fluẽte derelictus eis acquiritur qui prope ripã prædia posident, sicut insula in flumine nata etiam si facto hominis id contigerit, differunt tamẽ alueus & insula circa acquisitionem possessionis.

EPITOME.

1 Fluminis cursum naturalem ad aliũ diuertere locum opere manu facto est prohibitum.
2 Lex ad casus raro contingentes non adaptatur. & nu. 9.
3 Feudi incrementum non per alluuionem, sed ex industria & opera manuali vassalli ipsius est.
4 Elemosinam ecclesia à raptore & vsurario capere non debet.
5 Alueus fluminis si mutetur etiam facto hominis vendicatur per habẽtes prædicta vicina.

Insula

6 Insula in flumine siue facto hominis aut potestate diuina nata acquiritur prædijs vicinis.& nu.8.
7 Natum vel ædificatum in flumine publico quicquid est,an illorum esse censeatur qui prædia iuxta ripam fluminis possident?
10 Feudorum iura sunt specialia contra regulas iuris communis non trahenda in consequentiam.
11 Acquisitio illicita dici non potest quæ fit lege ciuili aut canonica permittente.
12 Iuramentum de non alienando sine licentia Papæ non continet solita alienari eo inconsulto.
13 A lucorum mutatio non fit,nisi magna causa vtilitatis suadente vel necessitate publica vrgente,aliás est interdicta.
14 Impossibile non iudicatum factum per solum principem, nisi quando abstractum est ab omni iustitia & soli gratiæ innititur.
15 Lex habens plures intellectus an possit allegari & fieri fundamentum super ea?
16 Iudex in iudicando communem sententiam sequi debet.
17 Sacra scriptura quatuor admittit sensus siue expositiones.
18 Possessio cum sit facti in acquirendo exigit corporalem apprehensionem,nec lex supplet etiam per fictionem.
19 Possessio aluei relicti à flumine acquiritur ab habentibus prædijs vicinis absq; apprehensione,non tamen insulę natæ in flumine.

DECISIO VNICA.



ERELICTVS erat alueus naturalis flumine ad alium alueũ fluente à duce Mediolani de nouo factũ super prædijs quorundã ciuium Papiensium ecclesiæ Papiensis & pro ea Cardinalis sanctæ Praxedis de Monte nũcupatus obtinens prædia uiciniora antiquo aluco uendicabat ipsum per l.adeo.§.insula.ff.de acqui.re. do. cum.§.quod si naturali insti.de rerũ diui.is qui habuerat à ducali camera dicebat dicta iura & similia procedere qñ flumen naturali cursu aut propter aquarum inundationem mutat alueũ, non si facto
1 *hominis ut lex in casu poßibili loquatur,cùm autem † naturalem cursum fluminis ad alium diuertere locum opere manu facto sit prohibitum & impoßibile l.j.C.de allu.& palu.pro quo facit,quia si est in sola principis potestate impoßibile re-*

putatur nec legari potest,quod in commertio nõ est uel cum magna difficultate est l.cũ seruus iuncta l.idem Iul.§.cõstat.ff.deleg.j.poßibilitas autẽ quæ à iure colligitur consideratur,& quod à iure inhibetur dicitur fieri nõ posse, sicut ꝙ cõmodè fit & non cõ modè l.cõditiones l.filius de condi. insti.l.nepos procu.ff.de uerb.signi.xxij.q.ij.faciat hõ.& c. cum pridẽ. §. personæ de renun.idẽ de eo ꝙ per extraordinariũ remediũ fit secundũ Inno.quẽ refert Abb.in c.pastoralis in fi.de cau. pos.
2 & prop.cuius dictum inquit esse notandũ.Item lex † ad casus raro cõtingentes nõ adaptatur l.iura cum duabus seq.ff.de legib.c.corã uer.sed fuit de offi.deleg.ubi Abb. colligit dispositionẽ in dubio intelligi in casu contingibili,non si nunquã uel raro contingere poßit.nam in his quæ raro fiunt miraculum est dicit tex.in auc.de cõsul.uer.quintũ col. iij. colla.iiij.& ꝙ præter miraculum nõ fit pro impoßibili habetur c.fraternitatis de frig.& malef.unde non sine ministerio d. §. insula cum sim.nihil exprimũt acquiri qñ humano opere fieret mutatio, quòd si uoluissent dixisset arg.c.ad audientiã de deci. ideo sine lege erubescimus l.illã.C.de coll.nec l.immerito,quia secundũ Bar.in tract.Tiberiadis inter uer.flumine uer. sed quæro oẽs acceßiones quæ diuina natura obueniunt nullo humano facto interueniente eiusdem naturæ sunt l.item si fundi.§. j.ff.de usu. & Az.in sum.insti.de rer.diui.ergo alia uidetur esse earũ quæ facto hominis ad idem in sim.Bal.in c. j. §.si quis de manso.si
3 de inuesti.feu. con.fuerit,ꝙ incremẽtũ feudi † ex industria & opera manuali uasalli perueniens ipsius est non si per alluuionem.item differentia inter factum hominis & fluminis sentit glo.in l.pomponius.§.de arbore.ff.de rei.uend.& fuit antiquorum opinio quæ uidetur satis rationabilis dicunt Ioã.Fab.& Ang.Aret.in.§.præterea insti.de rer.diuis.quam gl. & doct.
ponde

ponderando Curt.consilio lxxij.magnifice uir uer.aduertat ait quòd.§.quòd si toto cum sim.de rer.diuis. insti.nõ habẽt locũ quãdo facto hominis mutatio fit,quodq; in tota Italia ita practicatum fuit, ꝗ ubi flumina mutantur opera hominis alueus eorũ remanet qui in flumine iurisdictionẽ habẽt,item si mutatio aluei est illicita ut d.l.j.nullus ex acto illicito debet sentire
4 lucrũ l.fi.C.de reb.cred.minus ecclesia quæ ab usurario † & raptore elemosinam non debet capere c.super eo de rapt. & c.quia in omnibus cum ibi no.de usuris neq; ex opere ducis cũ eius iactura locupletari contra naturalem æquitatem l.nã hoc natura.ff.de cond.inde c.locupletari de reg.iur.in vj.& ca.ij. cũ ibi nòt.de eccle.edi.præcipuè quia nullo facto opere à Duce nihil lucri fecisset,nec propter ipsum opus factum aliquid perdit quod ecclesiæ debent sufficere etiã si non lucretur l.fin. C.de codi.ne aliàs doleat Dux cũ damno & labore cõtra l.fi. C.de allu.& palud.Sed pro ecclesia & Cardinali prædict. in causa Papiensi bonorum intitulata,de mense Maij 1519.fuit
5 conclusum & iudicatũ per d.P.de Capisuchis † attenta generalitate d.§.quod si toto & aliorum allegatorũ l.j.§.generaliter.ff.de leg.præst. & quia alueus & insula in allegatis. §. absq; restrictione sunt æquiparata,ita quod stante regula acquisitionis eorũ qui uult restringere necesse est det exceptionem ab ea ut not.in l.omnis diffinitio.ff.de regu.iur. & super
6 rub.circa fi.eo.tit.in vj.in acquisitione autẽ insulæ † idẽ iuris est siue casu aut potestate diuina seu manu hominis facta sit, ut inquit Bar.in tract.de insu.uer.in flumine nata allegando tex.expressum in l.pen.§.fi.ff.de acqui.rer.dom.qui est singularis in materia secundum literã affirmatiuã supposita prædicta æquiparatione quo stante si alueum legislator in casu de quo agitur acquiri noluisset dixisset itaque d.c.ad audientiam

& d.l.

& d.l.illa magis faciunt pro cõclusione cum saltem per æquaparationem & generalitatem dictũ sit prout in conclusione item idẽ Bar.in l.quominus col.v.ff.de flum. adducendo eundẽ.
7 §.fi.dicit quicquid natũ † uel ædificatũ est in flumine publico esse eorũ qui prope ripã prædia poßident, & d.ult.col.circa fi.ait quod in his quæ soli cohærent, non est differentia inter natũ & ædificatũ, quia ratione soli sunt eorũ qui prope ripã prædia poßidẽt, secus in his quæ solo non cohærent, in quibus quicquid ibi nascitur solo non coherẽs est publicũ d.l.pen. §. si qua insula, nec huic cõclusioni cõtradicit Bar.in d.tract.tiberiadis cũ loquitur de acceßionibus diuina natura obueniẽtibus absq; facto hominis ad differẽtiã eorũ qui humano facto interueniunt, scilicet per applũbationẽ uel ferruminationẽ & alijs modis diuersis ab isto de quibus Azo.in sum.de rer.diuis. per discursum in quo nullibi in alueo & insula talem scribit esse differentiã ut dictũ Bar.iuxta quotam accipiatur l.imperator.ff.de indi.adiec.Nec d.l.Itẽ si feudi loquẽs in usufructuario obstat, ut patet in ea & quia sumus in diuersis l.fin.ff.de calum.& ita etiã glo.in d.§.de arbore relata ad tex.non procedit in casu nostro quæ q̃n procederet uel à simili argueretur non est cõmunis nec tenetur per Accur.ibi quin potius opin.
8 Azo.sentiẽs idẽ siue † facto hominis, siue aquæ impetu coaluerit ex quo refert eũ ultimo loco absq; eo quod approbet aliquã ad gl.not.in l.qui filiũ.§.sabinus.ff.ad trebel.pro qua collige cõcor.in additione ad Bar.l.bona fides.ff.de pe.& ipsam gloss.sequitur in hoc Abb.in c.de quarta col.iij.in fi.de præscrip.& opinionẽ Azo.tanquã æquitati consonã sequitur Io. Fab.& Ang.de Are.in d.§.præterea ac Ang.de Peru.in d.§. de arbore unde Curt.in d.cõsi.æquiuocauit aut saltẽ in eis non potest fundare. Neque quod casus sit rarus uel miraculosus

obest,

9 obest, quoniam in hac materia iura † prouident his quæ raro contingūt & diuina natura ut per Bart.in d.tract. Tiber. & tex.in d.§.insula de rer.diuis. ubi etiā glo.in uerbo quod raro ponderat pro solutione uerbū potius de quo in d.l.nam ad ea de legi.& alias solutiones ponit in l.ex his.ff.eo.tit. de leg.dictum etiā Bald.in d.§.de manso.est in materia separata habē-
10 te diuersam considerationem.Item iura † feudorum sunt consuetudinaria & specialia cōtra regulas iuris cōmunis nō trahenda ad consequentiā l.quod uero cum duabus seq.de leg.& Bar.in l.ut iurisiurandi.§.si liberi.ff.de oper.lib.Io.An.et alij
11 in c.ij.de feu.Nec potest dici illicita acquisitio † quæ ex iuris positiui dispositione ꝓuenit, ut in præscriptione, usucapione & alijs causis, & casibus ciuili ac canonica lege approbatis viij.distin.quo iure.Cæterū æquum est ut quilibet ratione uicinitatis prædiorū acquirat, sicut per alluuionē aut aliter ꝑdere potuisset ad reg.quod ubi est periculū ibi lucrū & econtra l.fi.§.cum aut.C.de furt.§.cū autē instit.de emp.& uendi.c.cū secundum apostolum de præbē.c.j.de sepul.Reg. qui sentit de reg.iur.in vj.l.unica.§.pro secundo.C.de cad. tollen.& cle.j. in prin.de censi.Neque aliquid ecclesia acquirit cum damno ducis qui nouum alueum nō fecit ad quærendum antiquum, sed ut flumē per nouum flueret, ita quod habet intentū & cōmodum absq; eo ꝙ doleat & sic cessat d l.fi.de allu. & palud. Nec obst.d.l.j.eo.ti.quia uere mutatus est cursus fluminis naturalis id est antiquus ut exponit Bar.in d.tracta.de. alueo.in uer.naturali nō ab ecclesia seu eius mādato ut eidem imputari possit.sed à Duce, & quicūque alius fecisset factum esset qđ ius ponit, ut uideatur aduenięte casu cui quæratur, sicut de insula quæ in mari nascitur & alijs quæ à Deo uel principibus fiūt quibus omnibus ius ꝓuidit, ut est dictū, & ex his etiā silet d.§.

d.§.constat, quia procedit in re non facta, sed quæ sine principis licentia fieri nequit. secundò quia talis iudicatur difficilis & sic impoßibilis, quãdo per principẽ nõ est solita fieri ut in d.§.in fi. ibi cum distrahi non soleãt ut notabiliter determinat ibidẽ Ang. pro qua determinatione pondero tex. cum glos. in
12 ca. ij. de feud. ubi etiam Abb. post alios quod iuramentum † de non alienando sine Papæ licentia non continet solita alienari, quæ incõsulto etiã Papa alienãtur, nec impoßibilia quo quomodo reputantur, & sumus in casu post alueum factũ nouũ & antiquũ derelictum, quod publica suadente utilitate factũ fuisse credendum est. Item quod eadem consideratione idem in aliquibus alijs fluminibus factũ sit, licet unicus actus acquisitionem quasi poßeßionis iuriũ inducat & consuetudinem, quando sumus in his quæ facile non solẽt concedi ratione amicitiæ aut facilitatis l. j. §. item quæsitũ &. §. quod autẽ de aqua quot. & esti. Bar. in l. j. §. hoc interdicto in princip. ff. de itin. act. priua. c. cum ecclesia sutrina iuncta glo. in uer. in triũ & ibi Abb. col. iiij. de cau. possess. & proprie. facit c. querelam de elect. c. consultationibus de iurepat. & c. cũ de beneficio cum materia de præbẽ. in vj. quãuis aliàs & ad quærẽdam proprietatẽ duo tres aut plures actus requirãtur, & usq; ad certa tẽpora secundũ uarios casus l. iij. C. de epis. audi. Bar. in rep. l. de quibus. ff. de legi. l. ij. C. quæ sit lon. cõsu. col. viij. cum seq. But. in c. fi. de consue. char. ij. & Abb. in iiij. & idem Abb. in c. fi. de appel. & tex. cũ glo. in c. cum olim de caus. poss. & proprie.
13 Tertiò † mutationes alueorũ nunquam fiunt, nisi suadente magna causa utilitatis & urgente neceßitate publica, etiã ex hoc q. in eis est maxima impensa, ingẽs labor, periculũ, etiã incertitudo an sequatur effectus, & quomodo sequitur. nõ ergo fiunt, nec uidẽtur pmitti fieri semp ex sola gratia, sed magis pu-
blica

blica iustitia instãte, cùm iudices et principes postposito priuato cõmodo & proprio aliorũ studere debẽt, & qñ urget ne obmittatur expediri permittitur, & mandatur q̃ aliâs cõmuni iure est interdictum l.meminisse de offi.procõsu.l.actione.§.labeo.ff.pro soc.l.unica.de offic.comi.sacra leg. auct.res quæ. C.co.de leg.d.l.unica.§.fi.C.de cadu.tollẽ.c.bonæ primo de postu.prælato.& c.sicut cum ibi not. de sup. negli.præla.

14 quod autem fieri debent per solum principem † non iudicatur impossibile, nisi quãdo abstractum est ab omni iustitia & soli gratiæ innititur secundum Cy.in l.fi.C.de sen.pas.ut refert et sequitur Ang.in d.§.constat allegando l.quartam.§.j.ff.de fideicom.lib.quod quando sapit iustitiam non dicitur impossibile, omitto si erat in sola ducis potestate aluei mutatio, & si dux habet iura principis.ut in eo iura de principe & facto principis loquentia locum habeant, uel nõ cũ prædicta uideãtur sufficere. Nõ obst.q̃ d.l.pen.§.fi.de acq.rer.do.habeat duplicẽ literam & soleat allegari l.in ambiguo & ibi Bar. ff.de

15 reb.dub.quod in lege habente plures † intellectus non posset fieri fundamentum, quia non est uerum, & contrarium uideamus quòd talia iura seruiũt in legẽdo, scribendo, arguẽdo, & iudicando in omni sensu, qui in se uerus est uel cõmunis, aliâs frustra talis lex membranas occuparet c.solite de maio.& ob. & fuisset atq; esset in potestate doct.scribẽ.in iure in uarietate literarum & intellectuum plures leges efficere inutiles quòd non est dicendum. sufficit enim quod unus ex pluribus sensibus ratione iuuetur etiam absque lege l.scire oportet. §. sufficit de excu.tut.& l.cum ratio.ff.de bon.damn.Item quod sit communiter approbatus c.prudentiã in prin.de offi.deleg.

16 cum † debeamus communem sequi sententiam in iudicando Abba. post alios in c. j. de consti. & semper dicimus aliquid

proba


probari in tali leg. secũdum talem lecturam. neq; aliud exquirimus si est cõmunis uel non reprobata, aliâs infinitæ leges & capitula habentia plures ac uarias interpretationes coruerẽt, & deberẽt deleri de corpore iuris in quo nihil est superfluum ut in. §. quibus in j. consti. C. & in prohe. decret. Nec incõuenit q una constitutio plures habeat intelligentias, cũ legislatores philosophia pleni & omni arte eruditißimi l. j. de iust. & iur. l. ij. ff. de legi. breuiloquio multa cõplectantur, & plures casus decidant ad hoc quia uocabula quædã sunt synonima
18 plura eo. ti. de uerb. signi. & † sacra scriptura quatuor admittit sensus ac expositiones, ut in ea & eius interpretatione. Vnum no. pro declaratione q quãuis possesio sit facti in acquirendo corporalẽ exigens apprehensionẽ in qua lex nõ supplet etiã per fictionem l. deniq; ex quib. cau. maio. l. j. in princ. & l. cum hæredes. ff. de acqui. pos. nihilominus in casu cõclu-
19 sionis acquiritur & fuit acqsita † ipso iure ecclesiæ sicut priuatus absq; apprehensione, ex quo concretas acceßiones fundis uestris poßeßis iure ipso poßdemus, cũ hoc quod obijcitur pars primi fundi sit, non nouus ager, & prout primus fundus poßidetur, quoniã non est necesse singulas terræ cespites calcare, ex eo quod unum totum integrale unico iure possesionis & proprietatis censetur l. iij. in prin. de acquiren. poss. & l. cum qui edes. ff. de usuc. quod locum habet in alluuione & alueo, non in insula quæ est locus ab agro distinctus, & aqua in medio existente. Ita Bar. in d. tracta. Tiber. in uer. acquiritur nobis Bal. in rubri. ff. de rerum diui. colum. viij. Ang. in d. §. insula & Ias. in d. l. iij. in prin. iij. not.

FINIS.

REPERTORIVM, SEV

Tabula singularum materiarum in supra scriptis decisionibus contentarum per ordinem alphabeti incipit.

A



Bsoluere non potest qui condemnandi potestatẽ non habet l. qui condemnare. ff. de re iudi. decis. ij. super reg. nu. 1. fo. 4. utrum autẽ iudex datus per rescriptũ non tribuentẽ iurisdictionẽ possit reũ absoluere & reũ in expensis condẽnare uide, deci. ij. nu. 3. fo. 4.

Absolutoria in Rota semper fertur cũ impositione perpetui silẽtij ac expensa condemnatione, prout de iure tenentur iudices si fuerint petitæ ut uult gl. fa. in c. fin. de rescrip. & ibi cano. & legi. in l. j. pperandũ. §. autẽ. C. de. iud. Et ita practicatur q̃ nunquã Rota absoluit dictũ ab expensis, etiã si habuit iustã causam litigandi, sed in taxatione expensarũ mitius secum agit, nisi quãdo reuocatur prima sententia ex nouis actis, quia tunc absoluit ab expensis factis in prima instantia, non considerando etiã quòd ex die productionis nouorum actorum temerè litigauerit, quia sperabat, decis. ij. nu. 2. fo. 4.

Acceptans si habet nouam prouisionem capit beneficium absq; publicatione, quia noua prouisio etiam nulla & inefficax supplet omnes diligentias, & æquipollet publicationi propter illam propositionẽ factam coram principe arg. l. omnium. C. de testa. cautela tamen est quòd si fieri potest publicare nõ desiderat, decis. xxij. nu. 3. 7. fol. 38. & 39.

O Acqui

Acquisitio per legem uel statutum fit alicui etiam ignoranti absq; aliqua agnitione. Ange.cōs. lxxxj.unde illa acquisitio quæ lege ciuili municipali aut canonica permittente illicita dici non potest, decis.j.de acqui.re.do.nu.11.fo.103.

Affectū semel semp manet affectū ut dixit Rot.in nou.decis. ccvij. cum cōcord.quādo autē affectio inducatur, & quādo reseruatio afferat sine decreto uide remiss.deci.ij.super.uni.nu.11.f.70.

Agendo uel excipiendo quando quis se fundat in negatiua, in qua secundum rerum naturam cadit directa probatio c. quoniam contra de proba.attamen aliquando directè probari potest, ut late per Fely.in c.tertio loco eo.ti. quid probare teneatur? decis.iij.super regu.nu.2.fo.5.

Alueus quid sit no.in cle.dudum de sepult.post prin. in uerb. Alueum ubi glo.& in l.j.§.ripa.ff.de flumi. & in l.adeo. §.quod si.ff.de acqui.rerum do.& alueorum mutatio nō fit, nisi ex magna causa & necessitate uel utilitate publica urgente, aliàs est interdicta decis.j.de acqui.rer.domi.nu.13.fo.103.& si mutetur etiam facto hominis uendicatus per habentes prædia uicina ea. decis. nu.5.fo.102.

Animus declaratur & probatur per uerba l.quidam in suo. ff.de condi.insti.l.de minori.§.tormenta.ff.de quæstionibus, & quādoq; etiam ex coniecturis ut per Bar.in l.si.concubina. §. j. ff. rer.amo.ac inducit nouam acquisitionē, animus continuandi possessionem si prius quis non possidebat, decis. ij. de reseruat. nu.2.fo.81.

Annatæ ad subuentionem Papæ & Cardinalium indigentium introductæ fuerunt ut tradit Bar.Bell.in tract.de cha.sub.q.xvj. & in beneficio taxato annata soluitur secundū quod in libris cameræ taxatum reperitur, decis.xix.super reg.nu.6.fo.31.

Appellatio non extinguit, sed suspendit pronunciatum c.uenientes & ibi

& ibi glo. de iureiuran. c. cum inter de re iud. ca. pastoralis. §. præterea de offi. delega. & restit. appellantem ut posit facere omnia quæ poterat post litem contestatam, licet contrarium not. glo. in c. pastoralis de appell. uide decis. xij. super regu. nu. 4. fol. 21.

Attentata lite pendente si quis petit reuocari, sufficit quod probet tempore litis inchoatæ possedisse, & ea pendente spoliatum fuisse, licet aliter titulum non coloret, quia ex puro & mero officio iudicis reuocari debent Rot. in no. decis. xliij. an autem attentata per actorem post commissionem & decretum] citationis per uiam attentati reuocanda ueniāt? decis. vj. super regu. nu. 2. fo. 8.

B

Beneficium perpetuo unitum perdit nomen & effectum beneficij, ut tradunt doctores in c. cum accessissent de cōsti. & glo. in cle. per literas de præb. cum cōcordan. trac. per Io. Bap. de sancto Seue. in tract. de uni. arti. viij. q. xj. & sequen. deci. xiij. super reg. nu. 1. fo. 23.

Beneficium taxatum in libris cameræ, licet sit maioris uel minoris ualoris quàm sit in taxa, attamen necesse est soluere annatam secundum taxam, decis. xix. super reg. nu. 5. fo. 31.

Beneficium commendatum per obitum commendatarij siue per eius cessionem uacare non censetur, sed cessante commenda uacat eo modo quo prius, ut dicit Fede. de Sen. in tract. permu. q. xv. & Lud. Ro. consi. cccl. & Ro. in anti. prima de cōcess. præben. & decis. xxxij. super reg. nu. 2. fo. 49. an autem cessante cōmenda sit locus regulæ de uerisi. noti. decisi. xxx. super regu. nu. 1. fo. 45.

Beneficiorum fructus Papa non uult nec intendit, licet posit de absoluta potestate ut dicit Roma. consil. ccclxix. onerare nisi

de consensu beneficiati, deci.iiij.de pens.nu.. .fo.78.& in dubio non præsumitur onerare uelle duplici onere, nisi id exprimat. facit quod habetur in l.titia cum in testamento.§.qui in uita.ff.de leg.ij.& decis.iij.de pens.nu.2.fo.75.& si rector soluat utrunq; grauamen non præiudicat eccclesiæ nec successori, cùm sit procurator non dominus c.ij.de dona.decis.iij.de pens.nu.7.fo.76.

Bulla dicitur plumbum pendens siue sigillum de auro uel argento iuxta glo.in uerb. aurea bulla.in cle.j.de iureiuran.& ante appositum plumbum non habetur pro expedita nec bulla dici potest, ut dicit Alex.consi.ccxv.incip.Visis probationibus uol. ij. & decis.iiij.super reg.nu.3.fol.6.& si non fuerit registrata est suspecta, deci.v.super reg.nu.6.fo.7.

C

CAncellaria est organum Papæ, unde dicitur quòd ea quæ in cancellaria fiũt in consistorio Papæ facta se dicũt, Rot. in no.decis.ccclxij.& decis.ij.sup.uni.nu.7.fo.70.

Cardinales in generali dispositione cõprehẽduntur ut tradunt Io. An.Gemi.& omnes in c.nemo de electi.lib.vj.& etiam in uerbis generalibus regularum, nisi esset aliter dispositum per reg. decis.xxxviij.super reg.nu.5.fo.63.

Casus qualificatus nõ continetur sub simplici dispositione l. j.ff.de dona.nec simplex in odiosis continet mixtum, decis.xxxv.super reg.nu.3.fo.57.

Causa quælibet etiam bestialis excusat à dolo, & pœna, decis.xix. super reg.nu.4.fo.11.

Causa limitata limitatum producit effectũ c. susceptum de rescri. l.in agris de acqui.re.do.decis.xxxvj.super reg.nu.5 fo.60.

Causæ commendatarijs non committuntur, nisi ex certa scientia Papæ, deci.xxxij.super reg.nu. 12.fo.51.

Citatio

Citatio in notorijs non est necessaria & ea etiam notoria dicũtur quæ sunt in frequenti usu, dec.ij.de pens.nu.8 fo.74.

Citatio & monitio quando est tempus à lege statutum non est necessaria, quia dies interpellat, & pœna in facto negatiuo sufficit pro monitione, decis.ij.de pens.nu.9.fo.eo.

Clausula adiecta in lege interpretata uidetur repetita in lege interpretante, deci.vj.super reg. nu.11.fo.9.

Clausula in gratijs beneficiorum uidelicet quorũ tenores &c. tollit & suspendit specialia & indiuidua gratiarũ præcedentium, deci.x.super reg.nu 2.fo.17. & deci.xxxviij.nu.3.fo.61.

Clausula in qualibet prouisione apponi solita, dummodo nõ sit alteri ius quæsitum de quo iure intelligatur? decis.xxiiij.super regu.nu.2.fo.40.

Clausula generalis seu alio quouis modo continet omnem modum etiam per obitum uacan. ex eadem persona, deci.xxix.super reg. nu.2.fo.45.

Clausula in literis unionum apponi solita quod per dissolutionem uacare censeantur, ad quam uacationem refferatur? decis.ij.super uni.nu.14.fo.70.

Clausula præseruans non operatur, nisi circa actus ualidos, decis. ij.de reserua.nu.2.fo.81.

Clausula præseruans tollit ea quæ uiuunt, sicut clausula non obstãtis quæ tollit inualida non ualida, decis.ea.nu.3.fol.eo.

Clausula suspensionis reseruationum mentalium apposita in reseruatione seu prouisione beneficij mentaliter reseruati, quid operetur? decis.v.de reser.nu.1.fo.92.

Clausula suspensiua reseruationũ est pars gratiæ, ideo in ea sufficit de mentali reseruatione facere mentionẽ, deci.ea.nu.2.fo.93.

Clausula mentalium suspensiua an liberet beneficium à mẽtalitatẽ? decis.ea.nu.4.fo.eo.

extra curiam, tamen prouidetur ut de uacanti in curia, decis. ea. nu. 12. fo. 70.

Commissio est actus iudicialis c. quoniam contra de prob. & ita fit commissio & processus in causa spolij, sicut in causa petitorij, deci. j. super reg. nu. 2. fo. 3.

Commissionis forma quæ obtinetur per assertos procuratores qui decretum citationis obtinuerunt, decisi. xl. super regu. nume. 6. fol. 67.

Coniuncta persona sine mandato, etiam cum cautione de rato non admittitur pro coniuncto in beneficialibus, deci. ead. nu. 5. fo. eo.

Consensus in resignationibus quæ fiunt in curia potest præcedere & sequi datã supplicationis iuxta c. cura de iurepat. deci. xxxj. super reg. nu. 2. fo. 47.

Consensus Cardinalis in beneficijs uacantibus per obitum familiaris sui, exigitur etiam si per dissolutionem unionis aut cessationũ cõmẽdæ uacare asserantur, deci. xxxvij. super reg. nu. 3. f. 61.

Consuetudo & extrauagans non notoria est alleganda & probãda in termino, deci. xij. super reg. nu. 2. fo. 20.

Constitutio secunda eiusdem conditoris tollit primam Gome. in c. j. de consti. lib. vj. cum generali mentione deci. xxxviij. super regu. nu. 7. fo. 63.

D

Decisio tertia de cau. poss. & prop. in anti. non est in obseruantia, deci. vj. super reg. nu. 15. fo. 10.

Decretum irritans requirit specialem mentionem in derogationibus, nec potest illi renunciari per partes, decis. x. super regu. nu. 3. fo. 17.

Decretum si est accessorium ad gratiam quando derogatur gratiæ & ipsi decreto derogatum esse uidetur, deci. ea. nu. 4. fo. 18.

Decretũ Papæ irritans inficit titulũ & possessionem habitã con-

L

Mentalis

N

O

me.7.fo.9.

Præscriptio inducta per regulam de triennali requirit titulum & bonam fidem, decis.xj.super reg.nu.4.fo.19.

Princeps quandoque propter importunitatem uel præoccupatus aut circumuentus non concedendá concedit, ideo in dubio non est præsumen dum quòd uoluerit alicui inferre iniuriam, deci.xxxix.super reg.nu.5.fo.65.

Princeps an præsumatur habere sententiam iuris in promptu? decis.ij.de refer.nu.4.fo.81.

Princeps debet esse alienus ab omni amaritudine & auaritia, decis.xx.super reg.nu.5.fo.33.

Priuatus beneficio non censetur non soluens pensionem nisi creditore uolente, deci.iiij.de pen.nu.2.fo.77.

Priuationis & excommunicationis pœna absque expeditione & intimatione literarum, an incurrat non soluens in tempore si præsens consensit? deci.ij.de pen.nu.6.fo.73.

Priuilegium statim quod est bullatum adimit potestatem ordinario, deci.iiij.super reg.nu.4.fo.6.

Priuilegium uel rescriptum emanatum contra legem ualet cum clausula generali non obstan.aliqua lege in contrariũ, nisi forma legis induceret non ualere, nisi fiat mentio de illa, deci.xxxviij.super reg.nu.10.fo.64.

Priuilegium principis super nouo pedagio non ualet, si de pedagijs in eodem loco impositis mentio non fiat, decisi. iij. de pen.nu.3.fo.75.

Probatio famæ & communis reputatio releuat ab onere probandi negatiuam illum, qui aliâs per illam probare tenebatur, deci. v.super reg.nu.8.fo.8.

Probationem certiorem habet ille qui habet horam in gratia, quàm ille qui illam tenet sine hora, decisio 4. super regu. nume.

Publi

Publicatio acceptationis in curia sede uacante uel tempore uacātiarum, qualiter fieri debeat ut dicatur satisfactum regulæ de publican. decis. xxviij. super regu. nu. 1. fol. 44.

Publicatio acceptationis in alio quā beneficij loco facta quādo ad eum tutus non patet accessus sustinetur, decis. ea. nu. 2. fol. eod.

R

Ratio etiam cōiecturata limitat & restringit legē ad ipsius limites, decis. xxxj. super reg. nume. 4. fo. 47.

Ratio in lege quando nisi unica aßignari potest, habetur pro expressa, decis. xxxij. super reg. nu. 10. fol. 50.

Ratio iusta & iniusta excusat non solum à dolo, uerum etiam à pœna doli, decis. xxxvj. nu. 4. fol. 59.

Ratio regulæ quare consensus exigitur in uacan. per obitum familiaris sui, est propter expēsas quas Cardinales sustinēt in eorum familia, decis. xxxvij. super reg. nu. 2. fol. 61.

Ratio limitat et restringit dispositionē ad eius limites, decis. xxxix. super reg. nu. 4. fol. 65.

Regressum seu accessum habenti ad beneficium non nocet reseruatio pensionis absque consensu eius facta, decis. j. de pensio. in prin. folio 72.

Regula xxvj. in ordine quod causarum cōmißiones ac processus earum uigore habiti literis super gratia non expeditis non ualeant, nō habet locum in causa spolij, decis. j. super reg. in princ. folio 3.

Regula. xxix. in ordine prædicta non habet locum, quando datur absolutoria contra actorem etiam cum impositione perpetui silentij, decis. ij. in prin. fol. 4.

Regula de triēnali an defendat possessorē in dignitate maiori post pontificalem aut principali in collegiata cū titulo non obstan. alia regu. cancell. reseruante huiusmodi beneficia dispositioni

Regula

Regula

Regula de uerisimili notitia loquens de beneficio uacanti per obitum extendi non debet, si uacat per resignationem, decis. xxix. super reg. nume. 1. fol. 45.

Regula de uerisimili notitia habet locum dummodo beneficiũ per obitum uacet, siue uacatio huiusmodi exprimatur, uel in generali clausula contineatur, decisio. xxix. super regul. numero 3. folio eod.

Regula de uerisimili notitia an habeat locum si beneficium uacat per cessationem commendæ? decis. xxx. super regul. nume. 1. folio eod.

Regula de infirmis resignantibus an liget ordinarios & locum habeat extra curiam? decis. xxxj. super regul. nume. 1. 9. fol. 46.

Regula de exprimendo ualore non habet locum in prouisione ordinarij, quia ordinarij ecclesiæ, Papa uerò personæ prouidere intelliguntur, decis. xxxj. super regu. num. 5. fol. 47.

Regula quod dispensationes non suffragentur literis non expeditis extra curiam non procedit, decis. ea. nume. 8. fol. 48.

Regula de infirmis resignantibus an habeat locum quando infirmus beneficium in commendam obtinuit, & cessit? decis. xxxij. super regu. nu. 1. fol. eod.

Regula de infirmis exorbitat uel corrigit ius commune, decis. ea. nume. 3. fol. 49.

Regula quod nullus posit uigore expectatiuæ acceptare beneficium literis desuper non confectis, locum habet quando gratia perinde ualere sanans defectum de idiomate fuit impetrata post expectatiuam & expedita post uacationem, secus si fuisset nata cum expectatiua, decisi. xxxiij. super regul. in princi. fol. 52.

Regula quod quis uti nequeat duabus expectatiuis aut reseruationibus aut expectatiua, & speciali reseruatione simul non cõ-

tinet,nec comprehendit gratiam concessam in forma c.mandatum cum duobus sequen.de reseruat.decisi.xxxiiij.super reg. in prin.fol.55.

Regula quæ reuocat uniones an intelligatur de perpetuis uel temporalibus?decis.ea.nu.7.fol.56.

Regula quod nulli dispensatio suffragetur literis non confectis, non habet locum quando dispensatio est simul cum prouisione beneficij,decis.xxxv.super reg.nu.1.fol.57.

Regula prædicta an procedat quo ad pœnam extrauagan .execrabilis & in omnibus dispensationibus,uel in his tantum quæ per expeditionem literarum limitantur,decis.xxxvj.super reg. in princip.fol.58.

Regula quod impetrans beneficium uacans per obitum familiaris Cardinalis teneatur exprimere nomen & titulum ipsius, eiusq; habere consensum,locum habet etiam si familiaris decedens haberet beneficium ad uitam commendatum,& sic in uacatione eo modo quo prius cessante commenda per obitum,decisi.xxxvij.super reg.in prin.fol.61.

Regula quod in quibuscunque regulis edendis post primam editionem non comprehendantur Cardinales, nisi eorum fauorem concernant uel de ipsorum consilio editæ fuerint, non procedit quando in regula quæ postea editur,dicitur expreßè de Cardinalibus,licet non habeatur mentio de prima præseruatiua,nisi per clausulas generales,decis. xxxviij. super regul. in princ.fol.62.

Regula reuocãs reseruationes seu gratias etiam Cardinalibus cõcessas præiudicat eisdem nõ obstã.alia regula prius edita,quod Cardinales nõ comprehendantur sub regulis post primam editionem faciendis,nisi eorum fauorem concernat, decis.ead.nu. 1.& 11.fol.62.& 63.

Regula

flore

Reser

S

gratia

Valor

FINIS.

LVGDVNI

Excudebat Ioannes Pullonus impensis honesti viri Vincentij de Portonarijs, qui ambo Tridini sunt orti, Anno post Christum natum

M. D. XLVI.

